

947

335

250

Santa Cruz



14



## Contenta in hoc Tomo.

Commentar. de Pactis liberatoriis ad Tit. ff. de Pactis. f. 1.

Cap. I. Quid et quotuplex sit Pactum liberatorium? f. 1.

Cap. II. in quo, qui et super quibus possint de non petendo pacisci? discutitur. f. 9.

Cap. III. de potestate, et effectibus pacti liberatorii. f. 16.

Cap. IV. ad quae extendi, quibusque prodesse liberatorium pactum, aut nocere possit, sigillatim investigatur. f. 23.

Dissertatio de in diem additione. f. 35.

Cap. I. de modo faciendae, seu concipiendae additionis in diem, et utrum emptio et venditio, cui inest pactum additionis in diem, sit pura, an conditionalis? f. 35.

Cap. II. quae requirantur, ut melior conditio allata censeatur, et meliore allata conditioe resolvatur praesens prior emptio. f. 37.

Cap. III. de effectibus resolutionis, quae inducitur ipso jure, et vi pacti additionis in diem, existente conditioe. f. 41.

Commentar. ad Tit. de lege Commissoria fol. 57.

Cap. I. in quo, quae requirantur, ut lex Commissoria vires exerceat, investigatur. f. 57.

Cap. II. de effectibus venditionis sub lege Commissoria contractae resolutionis vi huius pacti contingentis. f. 67.

Dissertatio de lege Commissoria in pignoribus, unico capite comprehensa. f. 71.










†

# De Pactis liberatorijs pro ex- plicatione tituli ff. de Pactis novus, et methodicus Commen- tarius



## Proœmium.

Ex diffuso æquè ac celebri de Pactis titulo, quem litterarum Curus spatium Digesti  
Veteris Antecessoribus exponendum Academiæ leges designant, ut profectui Verro (Chariti-  
mi Secretarij) consulere, quem jam diu anxie me quaeret n. tam proprium munus, quam  
Verro ex me benevolentia sponte coegit nobilioris profectio partem, quæ circa liberatoria  
pacta Verro, et quam nullus publicus, qui privatus, quem sciam, methodicus Commenta-  
rius hactenus illustravit, primus explicandæ relegi. Quod si feliciter, uti spero, integrum  
Prætorii fere edictum de Pactis exponere crediderim, quoad liberatoria præcipue pacta  
pertinente leges fere omnes Rubricæ nostræ subjectæ, plurimæque earum inscriptiones  
demonstrant, quæ non alio tendunt, quam ut pacti liberatorij potestatem, et effectum osten-  
dam: Ipsorum itaque Consultorum Verro insistent, quid, et quod duplex sit pactum libe-  
ratorium, qui, et super quibus possit dorem petendo pacisci? Quænam sit Pacti potestas? Quæ-  
nam effectus, quibusque prodere, aut nocere pactum liberatorium sigillatim explicabo =

### Caput Primum.

## Quid, et quotuplex sit pactum libe- ratorium?

Pactum omne aut obligatorium est, aut liberatorium, de quo nunc disputamus in eo  
à stipulatione differre dignoscitur, quod cum stipulatio ex præcedenti interrogazione,  
subsecuta responsione, aliisque solemnitatibus constat, et civilem n. minus, quam natura-  
lem obligationem producat, pactum nulla solemnitate peragitur, sed ex sola paciscenti-  
um conventionione proficitur, et naturalem eliminat, non etiam civilem pacti obliga-  
tionem. l. 7. §. Sed cum nulla. 4. Verro. Igitur hoc tit. Liberatorium pactum est, quo qui  
de eo, quod tibi debetur non petendo, cum debitore paciscitur, quod licet Jure civili  
inspecto sit inutile, ex Prætorii æquitate servatur, multumque ab acceptilatione distat  
quæ pluribus solemnitatibus perficitur, et civilis est modus extinguendæ obligationis  
l. 1. et 5. et fere per totum titulum de Acceptilatione. §. 1. Invenit. Quis mod. tollit obligatio.  
ad differentiam pacti de non petendo, quod nudam solum paciscentiur conventionem  
desiderat, nec ipso Jure, sed exceptionis auxilio ante contractam obligationem elidit. l. 2.  
§. 1. h. tit. l. 3. de Exceptione. §. Præterea 3. Invenit. eod. tit. Licet autem pactum de non pe-  
tendo debiti remissionem contineat, non ideo qualibet debiti remissio liberatorij pactus  
dici potest, sed ea sola, quæ ex reciproca creditoris, et debitoris voluntate procedit ex  
Regula tot. in l. 1. §. 2. hoc tit. quæ vero solum creditoris continet voluntatem, nullam  
obligationem potest extinguere, quæ sicuti abique mutuo duorum consensu n. inducitur,  
sic sine reciproco dissensu non dissolvitur. sicut tot. in l. Prout. 80. de Solutione. l. 1. Si  
hil. 35. de Reg. Jure. et sic liberatorij pactum non est, recte docuit Cusac. ad Rubric.  
C. hoc tit. nec quodlibet etiam liberatorij pactum nostram onerat inspectionem, cui  
enim aut transactionis, aut donationis causa possit fieri. l. Ex conducto. 15. §. 1. l. 1. §. 1.  
Locati. l. Tutoris. 39. §. 1. Ab eo. 13. de Administrat. tutor. l. Non donari. 29. §. 1. de Donationibus.  
l. Cum donationis. 34. C. de Transactione. et pactum transactionis causa factum, quod dubie  
sive presentis, vel futuræ n. gratuitam continet remissionem, propriam sedem habeat sub  
titulo ff. de Transactione. Dico solum Pacto, quod præterito certum debitum remittit, et specie

Num. 1.



N. 2.

est donationis. l. 4. de Transaction. l. 5. S. Circa. l. 1. qui. 21. l. Sed n. vi. 31. S. Si duo. 3. cum seq. l. 32. S. Plane. 26. de Donation. inter. l. 2. de Donation. l. Si donationis. 18. C. eod. tit. agitur in nō titulo, de quo ideo tota nostra erit disceptatio.

Liberariorum itaque factum ex causa donationis, quia nudam paciscentium conventionem absque ulla solemnitate requirit, n. expressa solum, sed et tacita voluntate perficitur. l. 26. hoc tit. junctis, quae pro ejus explicat. tradunt cum pluribus Orinald. lib. 22. Comment. Donell. cap. 4. tit. A. et D. Ferdinand. de Mendoza lib. 4. de Pactis. cap. per totum. Est ergo in duplici differentia, aut expressum, aut tacitum; Expressum illud est, quod Verbis intercedentibus, quibus consensus exprimitur, debitum remittitur; Tacitum dicitur, quod mutuum remittendi debiti convenum re ipsa, id est facto, non Verbis declaratur continet, et eandem quam expressum habet potestatem, argum. tot. in l. De quibus. 31. S. 1. de Legib. l. 5. Rem varam haberi. Taciti hujus pacti insignia sane exempla in Iure reperuntur, quorum celeberrima sigillatim juvat percurrere. Et primum inutilis acceptilationis exemplum, quae tacitum de non petendo pactum includere dicitur in l. Si unus. 27. S. Si acceptilatio. 9. hoc tit. l. Cum emptor. de Recond. Vendit. l. An inutilis. 8. in princ. l. Si accepto. 13. de Acceptilat. quia cum acceptilatio eo tendat, ut obligationem dissolvat, quamvis ex defectu forma, aut alicujus solemnitatis sit inutilis, utilem remittendi debiti tacitam conventionem involvit, quae cum nudam creditorum, et debitorum exigat voluntatem, ex inutili etiam actu potest denumi. argum. tot. in l. Vlt. de Reb. eor. l. Plane. 34. de leg. 1. l. 3. S. 7. de fundo instructo. l. Sicut. 20. l. Legatum. 24. S. 1. de adimend. leg. docent Anton. Gomez. 2. tomo Variar. cap. 14. num. 16. Oroz lib. 4. de apicib. Iur. cap. 10. num. 21. Unde quia per acceptilationem ea demum dissolvitur obligatio, quae Verbis contracta est. d. l. 8. S. Acceptum. 3. de Acceptilation. d. S. 1. Inrit. Quib. mod. tollit. Oblig. si ei, qui non Verbis, sed re, vel alio modo obligatus est, accepto latius sit, inutilis acceptilatio in vim taciti pacti de non petendo existit. d. l. de Recond. Vendit. d. l. 13. de acceptilatio. Idemque obtinet, si per Verba non identica acceptilatio parata fuerit, quae inutilis quidem erit, ut indicat tot. in d. l. 7. eod. tit. et ab argum. tot. in S. 2. Inrit. de Verb. Oblig. Efficax tamen liberariorum pactum tacite continebit. Similiter quamvis acceptilatio tanquam actus executio implemento substantia capiat, nec in diem, nec sub conditione potest fieri. l. 4. et 5. de Acceptilat. l. Actus. 11. de Reg. Iur. et tacitam solum ex natura rei conditionem recipiat, eam scilicet, sub qua fuerat contracta obligatio, de cuius dissolutione tractatur in l. Sub conditione. 16. de Solutionib. l. Quod in diem. 12. de Acceptilat. d. l. 77. In diem tamen, vel sub conditione facta utile de non petendo pactum includit post diem venientem, aut conditionem existentem. docet Cusac. ad Pandect. in d. l. 27. S. 9. hoc tit. Anton. Faber in Rationali ad tom. in d. l. 30. S. Vlt. eod. tit. Dionys. Gothofied. in notis, quamvis contra Barthol. eligere videatur idem Gothof. sibi contrarius ad l. 8. de Acceptilat. motus ex eo, quod dies opponatur obligationi tanquam terminus ad quem, si obligatio vique ad aliquam conditionem sit contracta, quamvis dies adventus, nec conditionis existentia possint ipso Iure semel perfectam obligationem extinguere, ex hujusmodi conditione utile resultat pactum de non petendo post dies adventum, aut conditionis existentiam. l. Obligationum. 44. S. 1. et 2. de Oblig. et Act. l. Exim qui. 56. S. Qui ita. 4. de Verb. Oblig. S. Assuta stipuleris de Verb. Oblig. ergo quamvis in diem, vel sub conditione facta stipulatio non possit ipso Iure obligationem extinguere, utile tamen pactum de non petendo post diem, aut conditionem tacite continebit. Rursum hoc ipsum a simili probat decretorius tot. in l. 4. de Servitut. ubi quamvis constitutio servitutis tanquam actus executionis fieri sub condit. n. possit ad differentiam servitutis sub conditione rei deducitur. l. Exultimo. 98. de V. Oblig. Barthol. in d. l. 4. ex num. 4. Iacobus Gothofied. in d. l. 11. de Reg. Iur. Petri. Faber in eod. tom. et lib. 2. Semesta cap. 22. cum seqq. Si tamen servitutis conditionis constitutur, a Praetore, constitutio defenditur, et qui post existentiam conditionis contra placita servitutem vindicaverit, pacti exceptione submoveatur, et sic inutilis conditionis appositio utile pactum de non petendo producit: similiter ergo inutilis acceptilatio propter dies, aut conditionis adjectionem in vim taciti pacti de non petendo debet a Praetore



toze defendi. Nec aliud probat tōi, qui Bartholuz, et Gothofred. decepti in d. l. 5. de Accep-  
tilat. ubi quod dicitur, factam stipulationem nullius esse momenti, sic exaudiendum, seu  
intelligendum est, ut Iure civili attento, siue perspecto nullius momenti sit acceptilatio; non  
ita autem dicendum est, si diligenter inspiciamus Ius praxtorum; quod quidem Ius Prae-  
torium in rem pacti de non petendo similem conventionem tueretur, seu quod idem est, ut nulli-  
us sit momenti, si attendamus acceptilationis conceptum, tum nullius esse momenti, n̄. tamen  
si recurramus ad rationem pacti, hoc est ut inducatur ex hoc pactum de non petendo, quod  
quidem tacita voluntas producit =

Quibus noviter intelligo tōm in d. l. 14. de Accep-tilat.  
ubi Paulus ait: Non acceptilatio cum obligatione, et nisi verum est, quod in acceptilatione  
demonstratur, imperfecta est liberatio, quia verbi verba eademum resolvi possunt, qua in-  
ter se congruunt. Hanc Pauli sententiam quominus casu quo ei n̄. Verbi, sed alio modo obligatus  
est, quamvis Iure acceptilatio ab obligatione dissentiat, fuerit datus ab ipso Iurisconsulto  
praxita, qua Verbi, contractam obligationem evincit, nec magis eum casum complectitur,  
quo per non identica Verba acceptilatio peracta fuerit; quia licet tunc nec acceptilatio cum  
obligatione consentiat, nec acceptilationis, et obligationis Verba inter se congruant, Verifi-  
cari tamen non poterit, quod ponit Paulus ibi: Et nisi verum est, quod acceptilatione de-  
monstratur. Quae Verba superiori themate retento, nullum commodum sensum recipiunt.  
Denique nec eo casu poterit accipi aliud, quam quo debitor accepto fertur, quod sensu  
Drongneus Gothofred. videtur, et tenet Donell. lib. 16. Comment. cap. 21. Tum q̄. deficiente  
obligatione circa rem n̄. debitam, n̄. nisi inepte de non supponente subjecto Paulus loque-  
retur, ut dixi acceptilationem cum obligatione n̄. sentire. Tum etiam quia quid ali-  
ud, quam quod debetur, accepto fertur, non solum inutilis est acceptilatio in ratione  
acceptilationis. l. 1. Et per. 13. §. Cum qui. 5. de accep-tilat. Sed hoc in ratione pacti quoad  
rem debitam in conventionem n̄. comprehensam, scindi n̄. poterit, ut probatur, et evincit  
(ut meo iudicio aliquid relinquatur) ex tōi in l. Si unus. 27. §. Pacta. 4. Veri. Ante  
omnia. hoc n̄. tit. de Pactis, et sic nec perfectam, nec imperfectam liberationem producit.  
Cum ergo eam inutilis acceptilationis speciem Paulus pertractet, in qua imperfecta sal-  
tem nascitur liberatio, alium casum quaerere cogimur, qui non alius est, quam ubi ei,  
qui pure debet in diem, vel sub conditione acceptum fertur, tunc nec in diem, aut sub  
conditione facta acceptilatio cum pura obligatione consentiat, nec acceptilationis, et  
obligationis Verba inter se congruunt, ut probant ab argum. tōi. in l. 1. §. Si quis. 3. de  
V. O. §. 5. Instit. de Inutilib. juncto Valeria lib. 2. Illustr. tract. 3. cap. 5. et quamvis in  
peragenda acceptilatione in diem, aut sub conditione contractae obligationis falso  
dicatur, quo sensu illa Pauli Verba accipio et nisi verum est inutilis quidem est ac-  
ceptilatio in ratione acceptilationis; non enim in ratione pacti; quod eleganter Pau-  
lus significat, dum imperfectam liberationem scribit, quasi dicat inuilem acceptilatio-  
nem imperfectam solum liberationem producere, sic, et merito vocari liberationem ex  
pacto provenientem; quia pactum ad differentiam acceptilationis nec ipso Iure obligatio-  
nem distinguit, nec liberat exemplo solutionis, nec omnibus ejusdem obligationis  
participantibus prodest, quae n̄. loci latius dicentemur =

Num. 3.

Elegans alter casus taciti  
pacti liberatorij ex inutili acceptilatione elicitur stat apud Ulpianum in desperato  
alioquin tōi. hinc praeter vulgare captum intelligo. in d. l. 13. §. Si legatorum. 8. de accep-  
tilat. ubi q̄. dicitur si legatorum sub conditione relictorum fidejussori dato accepto  
latum sit, existente postea conditione legata deberi, ex eo difficillimum est, quod per  
acceptilationem factam fidejussori, qui per stipulationem semper accipitur reus prin-  
cipalis etiam si non Verbi, sed alio modo sit obligatus, per consequentiam liberatur,  
ut dixerat Ulp. in §. Sed si. 7. ejusdem l. 13. juncta explicat. D. Sarrateo. lib. 8. select.  
cap. 2. per totum. §. fidejussore per acceptilationem liberato etiam haec a legatorum  
obligatione debuit liberari. Omnino Antiquorum delirij, Sarrateo qui d. lib. 8. cap. 3. n̄. 10.

Num. 4.



et illud discrimen constituit inter fidejussorem conditionali contractui adhibitum, et eum, qui pro conditionali legato acceptus est, ita ut fidejussore conditionali contractui adhibito per acceptilationem pendente conditione factam post ejus existentiam liberato seu etiam liberetur, quia ea est conditionalium contractuum natura, ut existente quando cunque condit. perinde omnia et iumentur, ac si nulla conditio interveniret. l. 8. de Periculo, et Commod. Rei Vendit. l. 11. §. 1. Qui potior in pignori habet. Pro legato autem conditionali accepto fidejussori acceptilatio pendente conditione facta inefficax omnino sit etiam in casu existentis conditionis, quia adhuc post ejus existentiam legatum perinde habetur ac si pure relictum fuisset. l. Quae legata. 18. de Reg. Iur. cuius qualitates annuntiat fidejussoria obligatio ex ejus causa interposita. ex regula t. in l. 1. §. Si quis. 14. Ut legat. nomin. caveat. Quae quidem interpretatio multiplici viis laborat; Certius quippe est, legata conditionalia existente postea conditione ad instar contractuum perinde haberi ac si pure, et sine conditione relicta fuissent. diserti sunt t. in l. 1. §. 1. Veri. quippe. de Vulgar. et Pupill. l. Pupillus. 26. de Cond. inst. conducent et t. in l. 11. §. 1. de leg. 1. l. Si fundum. to 5. de Cond. et Dem. meliores, et inevitabiles ad rem t. in l. 9. §. Sed et. 2. junct. d. l. 22. §. 1. Qui potiores. l. 2. C. eod. tit. ut recte quamvis plerique ex his Iuribus n. adductis sentit Donell. ad l. Si filius. 78. de Verb. Oblig. Num. 6. cum 2. seqq. Rursum cum legatum conditionale etiam pendente conditione possit novari, ita ut novationis potestas in existentis conditionis tempore differatur. l. Si Stichum. 8. §. 1. de Novation. et quod magis est in Aquilianaz stipulatione deducit etiam dum pender conditio acceptum ferri possit. l. 9. de Transaction. l. Si sub condit. 21. de acceptilat. ad instar debiti conditionalis ex contractu. d. l. 12. eod. tit. dicendum videtur per acceptilationem fidejussori accepto pro legato conditionali factam existente conditione tam haeredes, quam fidejussorum liberari.

Num. 5.

Subtilius sane nocet antecessor D. D. Laurentius Sants de San Pedro in academico de Pactis cap. 3. §. 2. n. 4. ex mente Dionysij Gothofr. aserit in d. §. 8. inutilem quidem acceptilationem fuisse, quia legatum, quod nondum delatum est, ac praeterita nec debitum, acceptum ferri non potest, in vim tamen taciti pacti de non petendo voluit, quod soli fidejussori, non etiam haeredi prodest. ex regula t. in l. fidejussoris. 23. hoc tit. et existente postea conditione ab haerede quidem legatum deberi, non a fidejussore, qui per pacti exceptionem defenditur. Quam doctrinam sic expono: Legatum pendente conditione solum intelligi non potest, nec solvi, donec agnoscat, nec agnoscit vique dum deferatur, nec deferat ante existentiam conditionis dici potest. l. Si ita. 45. §. 1. de leg. 2. l. Homine. 18. de Opione leg. Juncto Goffredo in l. Vxor. 44. §. Si. 12. de leg. 3. n. 32. cum 3. seqq. et num. 47. Contra lib. 1. Select. cap. 20. Saxiateg. lib. 5. cap. 2. n. 9. et to. Unde acceptilatio, quae liberat exemplo solutionis. d. l. 5. de acceptilat. inutilis est in persona fidejussori, cuius obligatio legati conditionalis naturam sortitur. d. l. 1. §. 14. Ut legat. nomin. cav. ad differentiam debiti conditionalis ex contractu, quod cum jam sit acceptatum, et quo ad spem solum acquiritur. l. 1. qui. 42. de Oblig. et action. cum vulg. etiam dum pender conditio recte acceptum ferri. d. l. 12. de acceptilat. ex inutili tamen acceptilatione tacitum liberatorum pactum derumitur, quod cum fidejussori dumtaxat prodest, non imperatorum, quod existente postea conditione legata debeantur. Nec tunc obstat, quod legatum conditionale possit novari. d. l. 8. §. 1. de Novation; Inter novationem quippe et acceptilationem eam differentiam considero, quod acceptilatio est actus executivus, et in necessariis antecedens legati agnitionem praerequirat, quae nec pendente conditione potest de praesenti fieri, nec magis in casu existentis conditionis per executivum acceptilationis actum suspendi; Novatio autem quamvis ad instar solutionis veterem obligationem extinguat, non tamen executivus actus est, imo expressam etiam recipit conditionem. l. Quomodo. 12. de Novation. quia per stipulationem fit.



2. fit, quæ non modo in præsens, sed et futurum tempus rectè confertur, et quamvis lega-  
ri agnitionem supponat, eam in tempus existentis conditionis suspendi, quod in Iure n.  
repugnat; Similiter enim pactum de legato n. petendo ejus agnitionem supponit, et tamen  
quia in futurum concipitur, etiam super conditionali legato potest fieri. l. 2. §. Item. 4.  
l. Pactum. 46. hoc tit. Unde legatum conditionale semel novatum acceptum etiam ferri  
potest. d. l. 4. de Transaction. d. l. 2. de Acceptilat. quia stipulatio novandi animo  
interposita propriæ naturæ sortitur, nec veteris obligationis induit qualitates. l.  
Si creditor. 15. l. Novat. 18. l. Emptor. 27. de Novation.; debitum autem ex conditionali  
stipulatione proveniens utiliter acceptum fertur. d. l. 12. de Acceptilat. Ex quibus obiter  
rejecti Interpunctus somniji, Explico tom. in l. Legata. 4. de Cond. et Dem. ubi quod dicitur,  
legata sub conditione relicta delegari interim n. posse, sic exaudiendus est, ut  
inutilis sit delegatio etiam in casum existentis conditionis, hoc est in casum implere con-  
ditionis; nam delegatio duos actus continet; aut complectitur mandatum, et stipulationem,  
ut ad aliam rem, sive ut melius dicam, ad aliud propositum, hoc est extra nostram qua-  
tionem exudite, ut solet, docet, ac explicat ille magnus Salmantinus Valentià lib. 2. Il-  
lustr. tract. 3. cap. 4. n. 12. Ex quibus, si primus, qui inter legatarius, et hæredes peragitur,  
in præsens tempus conferatur, id est si legatarius conditionali mandet hæredi, ut sta-  
tim n. expectata conditione rem legatam suo creditori promittat, inutilis omnino est  
delegatio, cum legati agnitionem supponat, quæ non potest per præsens mandatum  
in tempus existentis conditionis differri. In quibus terminis procedit tot. in d. l. 4. al-  
oquin si mandatum in futurum conferatur, id est si legatarius mandaret hæredi, ut  
post adventum conditionis rem legatam suo creditori promitteret, utilis esset delegatio,  
nec quidquam impediret per mandatum in futurum tempus collatum legati agniti-  
nem in casum existentis conditionis suspendi.

Alteram etiam speciem taciti pacti  
de non petendo ex inutili acceptatione producti in d. l. 13. §. Qui ita. 9. de Acceptil.  
contineri non dubito, omnino, quæ tradit Sarratez. d. lib. 8. cap. 3. n. 12. cum seq. Proposi-  
tux ibi sic accepto fidejussore Quod Titio credidero, fide tua esse jubeo ante pecuniam Ti-  
tio creditam accepto latum fuisse, et docet Vlp. Res, qui postea mutuum pecuniæ accepit,  
liberationem n. contingere, quia et non ante liberatus intelligitur fidejussor, quam cre-  
dita pecunia fuerit, non tamen Res antiquiori obligatione, seu acceptatione, quam  
obligatio ejus est, potuit liberari. Quam decisionem sic intelligendam contendo; Potest  
quidem fidejussor principalem obligationem præcedere, quamvis ejus accersio sit, non  
tamen ante obligari, quam principali exierat obligatio. l. 6. §. Vlt. l. 16. §. fidejussor. 3.  
l. fidejussor. 57. de fidejussorib. Nec magis ante per acceptationem liberari. Ex regula  
tot. in l. 16. de V. O. Acceptatio itaque fidejussori ante pecuniam creditam facta inu-  
tilis ex defectu obligationis tacitum tamen liberatorium pactum producit, quod etiam  
ante existentem obligationem potest concipi, et in tempus existentis obligationis. l. 7.  
§. Si ante. 1. hoc tit. l. 3. §. 1. l. In quantitate. 13. in fine principij ad legem Salsid. ad  
novationis similitudinem, quæ quia in futurum concipitur, potest ante existentem  
obligationem in id tempus conferri, quo interit obligatio. d. l. 8. §. Si quis. 2. de Novat.  
et fidejussor in casum credita pecuniæ propter taciti pacti exceptionem creditus  
liberatus; Res autem quæcumque mutuum pecuniæ accepit, tenetur, ut potest  
quæ nec liberatus potest intelligi per inutilis acceptationem ex defectu obliga-  
tionis, nec magis per tacitum pactum ex d. l. 23. hoc tit. Sed dicitur fidejussor in  
d. l. 9. sub illa conditione intercessit: Si pecunia credita fuerit, sed conditionali  
debito facta acceptatio in casum existentis conditionis subtrahit. d. l. 12. de Ac-  
ceptilat. ergo acceptatio fidejussori ante pecuniam creditam facta in casum credita  
pecuniæ subtrahere, et tam Res, quam fidejussorem debuit liberare. Resp. q. fidejussor  
in d. l. 9. n. conditionali, sed futura obligationi fuit adhibitus; inter conditionales autem,

Num. 6.



Et futuram obligationem illud interest, quod in conditionali obligatione aliquis debiti conceptus venturus etiam pendente conditione. d. l. 42. de Oblig. et action. et conditionale debitum sicut interim consentienti creditori potest solvi, ita ut liberatio post existentiam conditionis contingat. d. l. 16. de Solution. non invito. juxta tom. sic intelligim. in l. 38. §. Inter incertam. 16. de Verb. Oblig. sic et acceptum ferri; in futura autem obligatione nullus debiti conceptus potest considerari, qui solutionem, aut acceptilationem admittat.

Num. 7.

Hi omnibus, quae de inutili acceptilatione dicimus, illud statim obstat, quod inutilis stipulatio ex alicujus solemnitatis defectu nec in vim pacti subvertit. l. 1. §. Eum qui. 4. de Conit. pecun. l. 1. §. Si quis ita. 2. Veri. Contra. de Verb. Oblig. l. Si quis pro eo. 56. §. 1. de fidejussorib. et tamen obligatorius pactum non minus quam liberatorium sine ulla solemnitate sola voluntate perficitur: §. nec inutilis acceptilatio potest in vim taciti pacti de non petendo subverti. Placuit tamen, et merito Verperitini Antecessoribus ad titulum ff. de Verb. Oblig. repetentibus sententia Cusacij, et Antonij Fabri, quos refert, et sequitur Valentia lib. 2. Illustr. tract. 3. cap. 1. n. 14. asserentium, inutilem stipulationem ideo in vim liberatorij pacti prodere, quia cum acceptilatio, et pactum de non petendo quamvis diversimode eundem liberationis effectum producant, inutilem acceptilationem defacto peragentes paciscendi animum habuisse intelliguntur, ut firmat ab argum. tom. in l. Intra illum. 41. h. tit. quem recte advertebat Cusac. explicat Oxoz lib. 3. de apicib. cap. 11. num. 6. cum seq. inutilem autem stipulationem ideo nec in vim pacti subverti, quia cum stipulatio, et pactum diversi effectus pariant, inutilem stipulationem contrahentes, qui id agunt, ut ex stipulatione efficax actio nascatur, paciscendi animum non habuisse creduntur. Accedit, quod cum praecipuum Romanorum studium fuerit, ut obligationes minuerent, et liberationes adiuverent. l. Axxianus. 47. de Oblig. et act. l. favorabilioris. 125. de Reg. Jur. ne obligationum multitudo Civium patrimonia exhauriret eorundem creditorum tractationes miseris debitoribus passim experirentur, ut doctè, et eruditè illustrat Mendoza lib. 3. de Pactis. cap. 9. n. 12. cum seq. inutilem acceptilationem, quia fertur ad liberandum in vim pacti sua interpretatione Consulti adjuvant, inutilem vero stipulationem, quia tendit ad obligandum, interpretari aut non fuerunt.

N. 8.

Haec autem differentia partim ex tacito consensu, partim ex politica Romana ratione deducta censet, si contrarius consensus intercesserit; etenim si vel ex ipso inutili stipulationis tractatu, vel ex ejus praefationibus paciscendi animus eliciatur, inutilis stipulatio nudum pactum continet, ut potè quod nuda voluntate peragitur, ut probant ab argum. tom. in d. l. 7. §. Quod fieri. 12. hoc tit. et in d. l. 1. §. 4. de Conit. pecun. et expressus meo iudicio est tom. in l. 35. §. 1. de V. O. In qua suppositione omnino Oxoz lib. 4. de apicib. cap. n. 35. necessariò intelligendus est tom. in d. l. 56. §. 1. de fidejussor. ubi si à filiofam. Pater stipuletur, et sic inutiliter. §. Item inutilis. 6. Instit. de Inutilib. eo nomine acceptus fidejussor tenetur, quod venturimum est naturali obligationis indicium. d. l. 16. §. 3. de fidejussor. cum alij, quae non nisi ex tacito pacto inutili stipulatione contento potuit oriri, quamvis viceversa si filius à Patre stipuletur, fidejussor acceptus non tenetur, non quidem propter naturalis obligationis defectum, sed propter rationem, quam reddunt Cusac. lib. 15. quaest. 10. Pauli in d. l. 56. §. 1. et Donell. 14. Comment. cap. 19. Similiter si vel ex ipsa inutili stipulationis conceptione, vel ex ante gestis paciscendi animi defectus dignoscatur, veluti si debitor, aut creditor nullius momenti esse acceptilationem scientem eam per ludibrium, et absque dissolvendae obligationis animo peregerit, ex defectu consensus inutilis acceptilatio utile pactum non continet. d. l. 8. de acceptilat. argum. tom. in l. Non solum. 34. de Oblig. et action. juncta l. Sub impossibili. 29. de fidejussorib. quemadmodum ex eadem ratione transactio, quae ex eo inutilis est, quod nihil eo nomine datum, retentum, aut promissum sit. l. Transactio. 38. de Transaction. in Cod. quamvis tendat ad



ad liberandum propter defectum consensu, nec in vim pacti subicitur. l. 3. C. de Repud. Vel  
abitin. haxed. nec enim qui aliqua pecunia accepta, vel resenta aliter dicuntur, eamque  
remittere intendit, hoc ipso gratuito liti remissionem per pactum de non petendo facere volui-  
sse credendum, imo per contrarium ita demum aliter dicere, si pecuniam eo nomine accept-  
xit, vel retinuerit, ut animadvertunt Petrus Corralius in d. l. 29. §. 2. hoc tit. et Cusac. ad  
titul. C. de Retin. Vel abitin. haxed.

Num. 9.

Adeo tamen inutiliter acceptilationem nec in vim pac-  
ti liberatorij posse defendi ex eo suaderi videtur, quod inutilis novatio, aut delegatio,  
quamvis tendat ad liberandum nec in vim taciti pacti de non petendo defenditur. l.  
In persona. 30. §. 1. hoc tit. Nec difficultatem solvit Valentia d. lib. 2. tract. 3. cap. 2. num. 11.  
cum seq. dum avertit, quod cum novatio, aut delegatio per stipulationem fiat. l. 11. §. 1. de No-  
vation. l. Cod. eod. tit. sicut inutilis stipulatio in vim pacti non subicitur. d. l. 54. de  
Condit. pecun. sic nec inutilis novatio, aut delegatio tacitum pactum de non petendo po-  
test continere; diuimilis namque est causa inutilis stipulationis, quae adeo in vim pacti  
non defenditur, quia ut nuper diximus, qui quis stipulatur id agit, ut alterum sibi effica-  
citer adiungat, quod cum per pactum adsequi non possit, non paciscendi, sed stipulandi dicitur  
tunc animum habuisse intelligitur, et inutilis novationis, aut delegationis, quae utile de  
non petendo pactum ex eo contineri videtur, quod non solum ad obligandum, sed et ad libe-  
randum tendit, in id scilicet contrahitur, ut prior obligatio perimatur, et in novam tran-  
sfundatur: q. inutilis acceptilationis exemplo inutilis etiam novatio, aut delegatio tacitum  
liberatorij pactum debet continere. Verior ergo ratio, quae inutilem novationem, aut  
delegationem ab inutili acceptilatione secerit ex mente Anton. Fabri in d. l. 30. §. 1. Si sub  
condit. 2. quod cum in novatione, aut delegatione id principaliter agatur, ut nova ac-  
quiratur obligatio, per consequentiam autem ut prior obligatio extinguatur, constat credito-  
rem ita demum priorem obligationem extinguere, et debitorem ejus vinculo adstrictum  
liberare velle, si novam obligationem acquirerit, et sic novatione, aut delegatione non  
absolutam, ut in acceptilatione, sed conditionalem prioris obligationis dissolvenda vo-  
luntate contineri, et eam esse conditionem, si nova obligatio fuerit acquisita, quae  
cum deficiat in terminis inutilis novationis, aut delegationis contra creditoris volun-  
tatem efficacem liberatorij pactum inducit. d. l. 30. §. 2. Pro cuius pleniori expositione,  
et plurimum difficultatum, quae ad nostrum tractatum non spectant, solutione, consulendi  
erunt Anton. Faber in ejusdem tit. Rationali, Valentia ubi supra, Santolaria in tex-  
pret. 15. Saxiatop. lib. 1. select. cap. 5. num. 7. Eandem inter inutilem delegationem, et  
ad Pandect. in ejus Comment. quem Iure caput Anton. Faber in ejusdem Rationali,  
aeritur ibi sub conditione factam delegationem deficiente conditione nec in vim pacti  
de non petendo subicitur, quod in acceptilatione facta sub condit. quae deficeret, se-  
cus esse immerito Cusac. contendit; quia quod diximus, inutilem acceptilationem tacitum  
liberatorij pactum producere, cessat in acceptilatione inutili propter defectum  
voluntatis. d. l. 8. de acceptilat. Sub conditione autem facta acceptilatio inutilis quidem  
est ab initio propter Iuris rationem, utile tamen continet pactum de non petendo post  
existentiam conditionis, ut num. 2. dixi; deficiente autem conditione non solum inutili-  
tas est in ratione acceptilationis, sed in ratione pacti de non petendo eo defectu vo-  
luntatis; quia si, qui acceptum tulit sub conditione, eo fuit animo, ut non aliter debi-  
torem liberaret, quam si conditio existeret, cum omnibus actibus conditionalibus com-  
mune illud sit, ut non ante effectum sortiantur, quam conditio existerit: q. in casum defi-  
cientis conditionis tacite de non petendo pactum non potest intelligi.

No. 10.

Secundum tacitum pactum  
liberatorij exemplum instrumenti redditis a creditore facta, suppediat etenim si debitor  
creditor, vel ejus jure alius cautionem, id est instrumentum, seu debiti chirographum de-  
bitori reddiderit de eo quod sibi debetur non petendo, tacite pactum intelligitur. l. 2. §. 1. h.  
tit. l. Quod debitori. 15. C. de Solution. argum. tot. in l. Hujusmodi. 89. §. Si ita. 7. de legat. 1.  
Pro cuius conciliatio cum l. Ab omnibus. 102. §. 1. eod. tit. Videndum Cusac. ad Pandect. in l. 99.  
§. Cum. 5. eodem) l. 3. §. 1. et 2. de liberat. leg. l. 8. Moxti. 18. §. Tria. l. 8. Rvunculo. 28. de mortis  
cau donation. in quibus conditio si chirographum reddiderit, hoc importat, si heredes



debito liberaverit, et qui debitori chirographum legat, aut mortui causa donat. hoc ipso liberat<sup>em</sup>  
legante, aut donante censetur. faciunt etiam tōi. in l. 8. §. 1. Quod metus ca. l. Si in possessione. C. de  
de Probation. l. Unica. §. Ille autem. ff. C. de Latina libert. toll. l. Si cum sequenti. C. de Libera-  
li ca. in quibus servitutis instrumentis Dñi servo reddiderit, eum manumittit, et a domi-  
nicæ potestatis nexibus liberare censetur, dum tamen quinque testium presentia intercesserit  
ex speciali ratione, quam ex nequitia servitū ingenij exudire deducit Mendoza lib. 2. de  
Pactis. cap. 3. n. 4. Similiter q. reddidit chirographum pro liberatione debitoris accipitur, ut ex  
elegantibus Divorij Augustini, et Ambrosij locis firmat Cusac. ad titul. Cod. de Latina  
libert. toll. et cum pluribus docet Salgado in Sabex. credit. l. part. cap. 29. num. 9. cum duobus  
seqq. Cujus rei ratio omniū, quæ tradit Orinald. ad Donell. lib. 22. Comment. cap. 4. l. 1. §. 1.  
quem refellere facillimum erit ex huius quæ docent Cusac. ad Pandect. in d. l. 2. §. 1. hoc titulo,  
et Mendoza d. lib. 2. de Pactis cap. 2. num. 2. ex eo proficitur, quod licet obligationi subi-  
tantia in Chirographo n. consistat. l. 4. de Pignori. l. 4. cum sequenti. l. 1. et to. C. de fide  
instrum. l. 2. C. de Revoc. donation. ejus tamen probatio, a qua compulsio, et exactio debiti  
nascitur, tota ex Chirographo pendet. l. 1. de huius quæ in testam. delent. cuius ideo appellat.  
non tam nuda tabula, quam actiones, quarum probatio in tabulis continetur, significantur.  
d. l. 4. §. 5. de leg. 1. l. Qui chirographum. §. 9. de leg. 3. l. 2. C. Quæ rei pignori oblig. poss. l. 1.  
C. de Donation. cum similibus. Unde chirographum reddit debitori facilius probationi  
modo, renunquæ liberalitate exercuit, et tacite de non petendo pactus intelligitur,  
tradunt Conanus lib. 5. Comment. cap. 4. Cusac. in d. l. 2. §. 1. hoc tit. Hunnius ad Trevel.  
Volum. 4. disp. 6. thes. 3. quæst. 21. Bachov. ad eundem Volum. 4. disp. 6. thes. 3. D. Mendoza ubi  
supra. Vinnius de Pactis. cap. 12. num. 10. fortiori etiam ratione si creditor instrumentis  
renuntiaverit, debitum postea petens pacti exceptione repellitur expressa instrumenti renun-  
tatio, expressum pactum de non petendo, sicut et expressa liti renuntiatio, non tacitum,  
ut exprimat Cusac. ad l. 4. C. hoc tit. sed expressum de non agendo pactum includit. l. Pa-  
pin. 28. §. 2. cum l. seq. de Minorib. l. 10. de Iudicij. l. 2. ad Turpill. d. l. 4. C. hoc tit. quia a  
liti nomine actio ipsa denotatur. l. Liti. 36. de Verb. Sign. Conanus d. lib. 5. cap. 4. nisi  
constiterit, creditorem n. liberaliter instrumento renuntiare, sed cum ejus fides in dubium  
revocaretur, ne falsitatis poenam incurreret, illo se non verum professum fuisse, quo casu  
ex instrumenti renuntiatione pactum de non petendo non inducitur, imo adhuc alijs  
probationibus nisi creditor suum creditum persequi poterit. jura tōi. in l. 3. C. de fide  
instrumentor. quem ne adversus Baldum intelligit Mendoza d. lib. 2. cap. 2. n. 5 =

N. 11.

Verum ex instrumenti redditione tacitum de n. petendo  
pactum non denum. ex eo convinci videtur, quod apocha, id est soluta pecunia professio instru-  
mento collata majorem rei gestæ probationem, quam instrumenti reddidit dicitur continere;  
sed apocha nec tacitum liberatorij pactum continet, nec aliter liberat, quam si revera  
pecunia sit soluta. l. Ex pluribus. §. 2. de Solution. l. Si accepto. §. 1. de acceptilat. docet cum plu-  
ribus Amaya ad Rubric. C. de Apoch. public. lib. 10. num. 2. §. nec instrumenti reddidit ta-  
citurum de non petendo pactum includit. Nec satisfaciens, si daretur, ideo certiores probationes  
ex apocha, quam ex instrumenti redditione denum; quia apochæ nulla alia utilis  
esse poterit, præter solutionis probationem; redditi authentici instrumenti plures alia sunt  
utilitates, quas ad rem adducit Mendoza d. cap. 2. num. 2. Hæc namque solutio augeat po-  
tius, quam tollit difficultatem. Quam ut diluamus, dicendum est, n. quamlibet instrumenti re-  
dditionem liberatorij pactum inducere, sed ea solum, quæ ab ipso creditore ex liberalitate pro-  
cesserit; etenim si alius contra ejus voluntatem chirographum debitori reddiderit, ex huius-  
modi facto nulla nascitur liberatio. d. l. 15. C. de Solution. imò etsi creditor n. ut liberalita-  
tem exerceret, sed ut aliam utilitatem debitori pareret, chirographum ipse reddiderit, ut in  
terminis tōi. ad rem non animadvertit in l. Locum. 43. de Pignori. acc. nihilomagi liberato-  
rij pactum inducitur; Unde licet si instrumenti reddidit liberaliter a creditore facta cum  
apocha conferatur, maior, certiorque probatio, aut securitas in instrumenti redditione, ex qua  
tacitum de non petendo pactum resultat, quam in apocha continetur; si tamen simplex ins-  
trumenti reddidit, et apocha inter se conferantur. tōi. in d. l. 14. C. de Solution. Securior pro-  
fecto



fecto probatio deumitur ex apocha, utpote qua soluta pecunia expressam creditori conti-  
 nuam confessionem, quam ex simplicii instrumenti redditione, qua an liberali animo, an ab ipso cre-  
 ditore, vel alio processerit, ignoratur. Utroque tamen casu onus probandi incumbit creditori, qui si spe-  
 tutorem solutionis apocham se confecisse, nec pecuniam sibi solutam esse contendat, olim quidem  
 pexperuo. l. 6. l. Si obligatum. 13. C. de Solution; hodie autem intra 30. dierum spatium est. l.  
 In contractibus. 14. S. Super 2. C. de nonnumer. pecun. Exceptis quibusdam casibus, quibus nec in-  
 tra 30. dies ulla admittitur adversus apocham probatio. d. l. 14. S. l. 2. ubi vidend. Amaya. C.  
 de Apoch. public. lib. 10. et si instrumentum ab alio contra suam voluntatem, vel assequendum, n.  
 tamen liberaliter redditum esset, asseveret, hoc ipsum probare tenetur; Quod enim dicitur, Neum  
 qui pacti exceptione utitur, pactum docere debet. l. In exceptionibus. 11. de Probation. fallit,  
 quoties instrumentum penes debitorem reperitur, quod in dubio liberaliter redditum a credi-  
 tore praesumitur, quae rei ipsum creditorem oneri probationis adstringit, sicut et vera vice  
 sicut instrumentum apud creditorem existat, nec se soluisse rei affirmit, solutionem probare  
 tenetur, qui ideo postquam solvit, potest instrumentum repetere. l. Solutione. 18. ad Exhibend. l.  
 11. C. eod. tit. l. 2. C. de Condict. ex lege. l. 4. et 11. C. de Solution. Nec obstat tot. ind. l. 15. C.  
 eod. tit. quo nixi Donellus in eius explicacione aserit, debitori probationis onus incumbere;  
 nam cum ex facto contra voluntatem creditori redditum instrumentum proponeretur, nec ex  
 huiusmodi redditione liberatorum pactum praesumatur, merito dicitur sufficere, creditorem quibus-  
 cunque argumentis obligationis ostendere, ut debitor nulla exceptione inuitus debitorum solvere  
 compellatur =

Ex quibus quae communiter solet, Vtrum si creditor ex pluribus ejusdem debi-  
 ti chirographis, qua penes se habebat, unum debitori reddiderit, hoc ipso tacite de n. petendo  
 pactus intelligatur? Negant praeter relato ab Oualdo d. lib. 22. cap. 4. lit. A. Vinnius de Pactis  
 d. cap. 12. n. 15. cum seq. affirmant cum pluribus Mendoza d. lib. 2. cap. 2. n. 4. et Bachov. ad Trecht.  
 d. Volum. 1. disp. 6. et h. 3. lit. B. In qua problematica fere questione Verius censo, creditorem, qui  
 instrumentum apud se retinuit, ex eo quod alterum debitori reddiderit, in dubio n. intelligi  
 debitum remittere, sed instrumentum ideo reddidisse, ne duobus instrumentis retineri quod-  
 quam adversus debitorem moliri videretur; et quia cum ex altero instrumento obligationis  
 fides constaret, Vtrumque retinere supervacuum existimavit. Pro qua sent. expressus est textus  
 Papii, cui frusta respondere tentant Adversarij. in d. l. 11. de hi, qua in testam. delent. ubi  
 si ex pluribus tabulis eodem exemplo scriptis, quibus unum, idemque testamentum continetur.  
 l. Vnum. 24. Qui testam. facere poss. quidam testator deleverit, non ideo testamentum irritum fit;  
 quia ex caeteris, quae supersunt, ejus veritas declaratur, nisi si, qui ad legitimam successionem  
 admitti desiderat testatore eo animo, ut intestatus moreretur, tabulas incidisse probaverit.  
 Ergo ex eo, quod creditor unum instrumentum debitori reddiderit, cum ex altero, quod reti-  
 nuit, debiti fides appareat, debitum remissio n. censetur, nisi debitor eo animo instrumentum  
 creditorem reddidisse, ut remitteret debitorum, ostenderit. Convincit hoc ipsum ignotum, nec ab  
 Interpretibus ad rem expensis tot. in l. Qui tabulas. 27. S. l. Veri. Quemadmodum. de furti, ubi  
 si ex pluribus ejusdem debiti tabulis quaedam subrepta sint, creditori eo nomine furti actio  
 denegatur, quae cum ei soli competat, cujus interese tabulas subreptas non esse, et scilicet, qua  
 debitum probare aliunde non poterit. l. Argentarius. 10. S. l. de Edendo. d. l. 27. in prio. l. Sed  
 si. 32. S. l. cum l. seq. de furti, competere utique n. poterit creditori, penes quem aliud chirogra-  
 phum remansit, quod omnimodam probationis praestat securitatem. Tum sic: Si ex eo, quod  
 aliquod instrumentum penes debitorem existeret, alio apud creditorem remanente, aliqua libe-  
 rationis oriretur praesumptio, proculdubio furti actio competeret creditori, cui ex pluribus  
 ejusdem debiti tabulis aliqua subrepta fuissent, utpote cujus interese tabulas subreptas  
 non esse, cum n. solum debitum probare, ad quod dumtaxat reliqua tabula deservirent, sed  
 et tabulas penes debitorem existentes subreptas, vel contra suam voluntatem redditas, osten-  
 dere teneretur, et sic ratione furti incommodum sentiret non leve propter ancipites probatio-  
 nis eventum, nec securus existere dici posset. 8. ex eo quod aliquod instrumentum penes debi-  
 torem existat, alio apud creditorem remanente, nulla liberationis praesumptio conungit, ac per  
 consequens alicujus instrumenti a creditore aliud retinente facta redditiio tacite liberatorium

N. 12.



N. 13.

pactum non inducit. Nec minor in contraria opinionis fundamentis dissolvendis, quibus ex dictis potest occurrere, et late respondet Vinn. d. cap. 12. num. 16.

Quaeritur, an ex instrumenti cancellat. taciti pacti de non petendo oriatur praesumptio? In qua re, siquidem ipsum creditorem instrumentum cancellasse constituisse hoc ipso debitum remissionis dubium non est, sicut et saepe olim Imp. tributorum reliquias singulis cremari sibi remittere solitos constat, ut de Augusto refert Sueton. in Augusto. cap. 32. de Adriano Spartianus in eius Vita, et de Gratiano Ausonius in Gratianus actione ad eundem. Cujus elegantia Verba scribit Hering. de fidejussoribus. cap. 20. §. 8. n. 15. Si vero instrumentum apud creditorem, aut debitorem, vel penes tertium cancellatum inveniat, in dubio quidem Iuris praesumptione debitor liberatus censetur. l. Si chirographum. 24. de Probationi. Argum. t. in d. l. Unica. §. 11. C. de Latina libertate toll. l. Inductum. 22. C. de Solutioni. docet late Mendoza d. lib. 2. cap. 3. per totum, et vel solvite, vel tacito pacto ex instrumenti redditione elicit creditur liberatus, quidquid ex Alexandro contrarium doceat subtili Costa ad l. 3. C. de non numer. pecun. Verbo Petitor. differ. 5. n. 8. et probandi onus in creditorem transfertur, qui si debitor ideo cancellatum instrumentum dicat, q. solvit, probare solum debet sibi adhuc pecuniam debere iuxta huius t. terminos, qui videtur restringendus in d. l. 24. de Probationi. Sin autem debitor instrumentum liberaliter a creditore redditum, et a se postea cancellatum affirmet, nihil creditor agit, nisi instrumentum vel a debitore, vel ab alio contra suam voluntatem cancellatum ostendat, et si debitum aliunde probaverit, debitor ad solutionem urgebitur; si vero instrumenti duntaxat cancellationem ab alio factam ostenderit, debitor autem probare n. potuerit, furti, vel legi Aquiliae actione poterit adversus eum, qui instrumentum cancellavit, experiri, quatenus sua intentione instrumentum cancellatum non esse. d. l. 10. §. 1. de Edendo. l. In lege. 40. cum duabus seqq. ad leg. Aquil. d. l. 27. §. 1. de furtis cum alij, pro quarum explicat. consulendus omnino Suarez de Mendoza ad leg. Aquil. lib. 1. cap. 4. sect. 2. ex num. 27. et lib. 2. cap. 4. ex num. 4. Sed opponi videtur t. in l. fulto. 82. §. 1. de furtis, ubi adversus eum, qui cancellatum instrumentum subripuit, furti actio competere dicitur: ergo ex instrumenti cancellatione liberationis praesumptio n. derogatur; alioquin cum nihil intereret instrumentum subreptum, nisi furti actio competere non posset. Cui diffcultati omisso Mendoza d. lib. 2. de Pacti. cap. 3. n. 8. qui eum t. in debitore solum procedere, nec ad creditorem adaptari posse existimat, melius ex mente Cusacii ad Paulum lib. 2. Sentent. tit. 21. de furtis. §. Qui tabulas. 21. Respondetur, quod quamvis ex instrumenti cancellatione liberationis praesumptio nascatur, propter subreptas tamen tabulas etiam cancellatas, sive debitori, sive creditori furti actio competit; debitori quidem si ei subrepta sint, quia cum debitum solvere cogatur, si liberationem aliunde non probaverit, sua intereret cancellatas tabulas subreptas non esse; creditori autem si ei subrepta proponantur, quia cum possit debitor tabulas sibi restitui postulare, aut indebitum se solvite contendere, intereret creditoris tabulas habere, ne forte super ea re controversiam pariat. d. l. 21. Veri. Sed potest de furtis =

N. 14.

Hic jam questionibus dicimus inter redditionem instrumenti, et pignori redditionem illud interesse admonemus, quod licet instrumenti redditio tacitum de non petendo pactum contineat, ex pignori redditione circa sortem liberatorum pactum n. derogatur. l. 3. hoc tit. Argum. t. in l. 1. §. 1. de Libertate leg. Nec refert quo animo pignus a creditore debitori reddatur, si de sorte principali loquamur. Sin autem quaeratur, an Ius ipsum pignori remissionem intelligatur, reddenti creditori animus expectatur, qui si ea mente rem pignoratam debitori reddiderit, ut si tandem ea utatur, quandiu ipse permiserit, ex redditione n. pignori dissolutio, sed precarij concessio resultat. l. Qui pignori. 36. §. 1. de acquir. possen. cum similib. nec enim redditio sine pignori remittendi animo facta pignori liber. Variatione producit. t. elegans in l. Debi-



Debitor. Jo. de Pignori. act. juncto Arias de Meia lib. 4. Variar. Resolut. cap. 33. n. 13. et 17. Si<sup>6</sup>  
Verò rem pignoratam simpliciter reddiderit Ius pignoris tacite remissionem intelligitur. argum.  
tò. in d. l. 4. §. 1. de Liberat. leg. docent Mendoza d. lib. 2. cap. 2. num. 2. Bachov. lib. 5. de Pignori b.  
cap. 9. Arias de Meia ubi nuper n. 14. Vinn. d. cap. 12. n. 12. quorum sent. probata tum ex d. l. 3.  
h. tit. ubi dum dicitur post reddidit pignus debitum recte peti, satis innuitur, pignoris obli-  
gationem remissionem intelligi, tum ex directo tò. in l. Creditorum. 7. C. de Remiss. pignori.  
ubi Christophari, quo nepus pignoris continetur, reddidit pignoris dissolutionem inducit  
ex supradictis: q. fortiori ratione ipsius rei pignoratam reddidit debet pignoris extinc-  
tionem inducere. facit præterea ab argum. tò. in l. Verbum. 94. de Verb. Signif. Nec contrariarum  
opinionem juvat tò. in l. Cum ex causa. 9. C. de Remiss. pignori. qui omnia solutione Ba-  
chovij d. lib. 5. cap. 9. Si quid mei iudicij est, nostram potius fulcit sent. <sup>am</sup>; evigilant enim ea  
mente rem pignoratam reddi, ut vinculum pignoris extinguatur, quod in simplici rei pig-  
norata redditione verificatur, quæ extinguendi pignoris animo facta intelligitur, nisi cre-  
ditor contrariarum evidentibus probationibus ostenderit, ut constat ex dictis num. 10. et 11.

Circa sortem principalem ex pig-  
noris redditione, tamen liberaliter facta tacitum liberatorium pactum non resultat. d. l. 3.  
h. tit. l. Quamvis. 8. ad Vellejan. juncto Cusacio ad African. in l. Vir. 115. §. 1. eodem argum.  
tò. in d. l. 4. §. 1. de Liberat. leg. junctis, quæ pro eju explicat. advenus Sabrum, et Schifordeg.  
disputat Valentia d. lib. 3. Illustri. tract. 5. cap. 2. ex n. 19. Amaya lib. 2. observ. cap. 14. per tot.  
Bachov. d. lib. 5. de Pignori. cap. 9. quorum sent. <sup>am</sup> breviter subscribit Olea de Cessione Iur. tit.  
quæ. 3. num. 30. facit etiam ab argum. tò. in l. Eri. 18. Quæ infraud. Credit. l. Etiam. 11. l.  
Iubemus. 21. C. ad Vellejan. Ratio ex eo fluit, quod pignoris obligatio accessoria est principa-  
li obligationi. l. In omnibus. 43. de Solution. cum similib. et cum ex accessorio id, quod  
principale est, pendere non potest. l. 10. de Iure Codicillor. cum alijs, etiam extincta pignori  
obligatione, principali obligatio perseverat. l. Servo. 25. C. de Pignori b. et probant interim  
fere tituli. ff. quib. mod. pign. vel hypoth. et Cod. de Remiss. pignori. Sicuti et ex eadem ratione  
fidejussoria obligatione sublata principali obligatio integra retinetur. l. Hærei. 21. §. quod  
si. 3. de fidejussorib. ergo quamvis rei pignoratæ reddidit vinculum pignoris extinguit, non  
ideo de principali debito non petendo tacitum pactum inducit, tradunt cum pluribus Olea  
d. tit. 4. quæ. 3. ex n. 28. Salgado in Labeo. Credit. 4. parte. num. 11. et plenius cap. 29. ex n. 3.  
qui eleganter aserit num. 6. quod in pignoris redditione creditori solum de debitore con-  
fiterentur Urbanitas, non etiam principali debiti remissio veniat. Huius autem doctri-  
næ illam limitationem ponit Consultus in d. l. 3. hoc tit. nisi specialiter contrarium ac-  
tum fuisse probetur, quod non solum in expressa principali debiti remittendi conven-  
tione, de qua in eo tò. non agitur, sed et in tacita procedit, cuius eleganti non minus, quam  
verum exemplum illud est, si cum pignus non ad securitatem duntaxat, sed ut ex eju  
fructibus creditori satisficeret, datum esset, creditor rem pignoratam debitori reddiderit,  
hoc sane casu non modo pignoris obligationem, sed et principale debitu tacite remissionem inte-  
lligitur; quippe cum in re ipsa pignorata non solum Ius pignoris continetur, sed et debitum  
ipsum continetur, creditor, qui omne Ius, quod in pignore reddito habebat, remittere  
intelligitur, non modo pignori Iuri, sed et principali obligationi renuntiare convenit, ut  
doctè fundat Salgado d. cap. 29. per totum.

Celebriora jam tacitæ pacti liberatorij exem-  
pla explicuimus, nunc quæ minorem operam desiderant, quam per indicem colligamus.  
Quiquis in futurum debita pecunia Vixas accipit, prout fieri solere constat ex l.  
Qui Romæ. 122. de V. O. l. Vt nullo. 28. C. de Vixis, hoc ipso de sorte intra illud tempus non.  
petenda tacite pactus videtur. l. In futurum. 57. h. tit. l. 2. §. Non mali. 6. de Doli mali,  
et met. except. quia cum Vixas propter moram in solvenda sorte factam debeantur. l.  
Cum quidam. 17. §. Si pupillo. 3. de Vixis, et nullo Iure peti, aut retineri a creditore potest, pro  
eo tempore, quo soli penes debitorem non fuerit acceptus in futurum Vixis, dolo quidem,  
et advenus tacitam conventionem creditor faceret, si intra illud tempus sortem petere

N. 15.

N. 16.



festinaret, ut explicat Donell. ad l. 2. C. hoc tit. num. 12. cum seq. Anton. Faber in Ration. ad d. l. 57. Orwald. d. lib. 22. cap. 4. littera A. Alia autem taciti pacti species stat apud Papinian. in l. Tale pactum. 40. §. Post divisionem. 2. h. tit. quam optime exponunt Cusac. lib. 4. Resp. Papin. et Faber in ejusdem titi Ration. et plures alia taciti liberatorij pacti species, quae nostra explicat. n. indigent, inveniuntur in l. Procula. 26. de Probat. juncto ibi Cusacio. 20. quae et Papin. in l. 4. §. quaritum. 12. de Doti. mali, et met. except. juncto Donello d. lib. 22. cap. 6. l. Qui semiser. 13. d. l. 17. §. 1. de Viur. l. Adversus. 5. l. Quamvis. 8. C. eod. tit. pro quarum explicat. Videndus omnino Donell. in d. l. 5. et conducunt quae laze per integroz Commentariuz tradit Amaya ad l. 3. C. de Apoch. public. lib. 10. Alia etiam exempla reperiuntur in l. 5. de Rescind. Vendit. l. 1. de Acceptilat. d. l. 2. l. Si creditores. 18. C. hoc tit. quos et sui loci penitus explicabo, et alteros foran taciti pacti de non petendo casus Commentarij nostri diversa, prout incidere, arguamur =

N. 17.

Sed tamen longe minorem taciti, quam expressi liberatorij pacti esse potestatem, seu potius tacitum de non petendo pactum nullum, et inutile prorsus esse illud videtur evincere, q. quamvis per expressum pactum de n. petendo possit quis uni ex haeredibus dumtaxat consulere. l. Actus. 33. h. tit. l. Arui. 10. de Pacti. dotalib. per tacitum tamen pactum n. potest, quod inutile esse dicitur. in l. Cumque. 56. §. 1. de V. O. ubi cum stipulatio sic concepta fuerit, hoc modo: Te, et Titium haeredem tuum decem dare spondes, et promissori plures haeredes intuent, acrie Julianus, quod singuli haeredes pro haereditarijs portionibus ex stipulatione obligantur, et quamvis convenire videatur, ne ab alio haerede, quam a Titio peteretur, inutile tamen pactum conventum coharedibus ejus erit: q. nulla prorsus est taciti liberatorij pacti potestas. Huius difficultati resp. eandem taciti ac expressi pacti de non petendo esse efficaciam, et in d. l. 56. §. 1. non ideo Titij coharedes per pacti exceptionem non defendi, quod tacituz pactum fuerit, sed imo quia nullum pactum intercessit; cum enim id stipulator ageret, ut solidam, integrazque summam in stipulatione comprehensaz a promissore, ejusque haerede Titio consequeretur, quem ultra haereditarijaz portiones ex stipulatione promissor obligare n. potuit, nec ideo integram summam aliter possit consequi, quam si eo nomine singulos haeredes pro haereditarijs portionibus conveniat ex defectu consensu de non petendo a Titij coharedibus pacti intelligi non potest, et Titij persona supervacuo stipulationi adjecta ceneretur, cum nec contrariuz suadent illa tota Verba: Et quamvis convenire videatur. In quibus dubitat potius Julianus, quam decidit, quari diceret acrie contrahentium Verbi videri quidem potest convenire, ne ab alio haerede, quam a Titio peteretur; potest vero contrarium huius Verbi respondet: Tamen inutile pactum conventum coharedibus ejus erit, quae sic sunt accipienda, ut nullum pactum de non petendo propter defectum voluntatis intelligatur. Quam solutionem desumpsi ex huius, quae inter se contrarij dixerere Donell. et Cusac. in d. l. 56. §. 1. Faber in Ration. ad d. l. 33. Bachov. d. Volum. 4. d. l. 6. thes. 6. lit. f. Vinn. de Pacti. cap. 15. n. 8.

N. 18.

Aliam pactorum de non petendo divisionem Ulpianus apponit in l. 7. §. Pactorum. 8. h. tit. docens quaedam in rem, quaedam in personam fieri; In rem quoties creditor generaliter de non petendo paciscitur; In personam quando ne a persona petat paciscitur; Verum autem in rem, an in personam pactum factum sit, nam ex mente contrahentium statim subjicit Cui. in praedicto casu; plerumque enim persona pacto inseritur, non ut personale pactum sit, sed ut demonstraretur, cum quo pactum factum sit. Unde inferitur, quod non aliter pactum personale censendum, quam si eam paciscentium fuisse mentem constituerit, ut in l. Si tibi. 17. §. Si quis. 3. l. Nisi hoc. 22. h. tit. In dubio autem quamvis persona pacto inserta sit, reale potius pactum intelligitur, ut praeter Iuris Rationem desumptam ex d. l. 7. §. 8. probat tot. in l. Si unus. 27. §. 1. et §. De cum decem. cum seq. d. l. 10. in prio. l. 1. de hoc tit. l. 8. §. De vendendo. 4. de Pignor. act. l. 5. l. 8. §. Si debitori. 16. Qui b. mod. pign. vel hypoth. l. Si pactum. 9. de Probat. l. 8. §. Dale. 3. cum seq. l. 10. l. Cum ita. 19. cum l. seq. l. Quod mihi. 22. cum alijs. de Liberat. leg. Ex quibus hanc sententiam contra Cusacium, Fabrum, Brissonium, et alios acrie tueretur cum pluribus Orwald. d. lib. 22. cap. 4. lit. K. et L. et praeter ab eo relato

Sequentur



sequuntur Costa lib. 2. selectar. cap. 6. num. 11. Munnii d. disp. 6. thes. 4. quær. 23. Bachov. d. disp. 6. thes. 4. lit. B. Vinn. de Pactis cap. 13. n. 6. Obiiciunt tamen Adversarij tñi. in d. l. 1. §. Si pactus. l. Acquirent. §. 1. §. 1. juncta l. Et heredi. 21. et in d. l. 57. §. 1. hoc tit. in quibus sola personæ designatio personale pactum inducit. Verum nūc tale ex hīs Iuribus colligitur, ut ex singulis apparebit. In d. l. 21. §. 4. pactus fuit debitor, nē a se, nē a Titio petere tur, et ex eo quod Titij personam adducit, ideo in personam pactus intelligitur; quia alioquin si in rem pactus solueret, extraneæ personæ designatione, et necessariā exiſtimaret, ut subtiliter explicat D. Santus in Academiis de Pactis cap. 3. n. 14. qui tamen non æque feliciter exponit tñi. in d. l. 19. §. 1. et in d. l. 21. dum aseruit, ideo pactum a filio fam. factum nē a se petatur, personale esse, quia cum per pactum personale satis sibi consuluisse intelligeret ad hoc ut peculij dispendium n. sentiret. l. Co. cum sequenti. h. tit. de Patrie, aut ejus herede curare non videtur, et per solam personæ in id creditur adjecisse, ut personale pactum efficeret; Hæc quippe doctrinam Vini solutio mihi ex eo falsa videtur, quod et si filius fam. sibi, dum in sacri paterni permaneret, per pactum personale pleni consuluisse intelligeret, cum nec peculij dispendium experiri, nec heredes ponet relinquere, cui consuluisse dici poteret; in casum tamen quo nūc Iuri effectus esset, plene sibi prospexisse intelligere non potuit, utpote cum ejus heredi personale pactum non proderet d. l. 19. §. 3. hoc tit. cum alijs. §. 1. ad hoc ut sibi in omnem eventum plene consuluisse credatur, non limitationis, sed demonstrationis gratia pacto personam in rem dicendum est, ac per consequens adhuc videtur solam personæ designatione personale pactum efficere; Quare cum Orualdo ubi supra lit. a. §. 1. Respondeo, habiles terminos poni debere, hoc scilicet actum fuisse, ut personale pactum esset, quod non ex sola personæ designatione, quæ ad id n. sufficeret, sed ex alijs argumentis debet constare =

Qua etiam interpretatione explicandus est tñi. in d. l. 57. §. 1. hoc tit. ubi supponendum est, eam fuisse mentem paciscentium, ut personale pactum efficeret; proponitur enim pactum in personæ conceptum; Unde in illo exemplo nē a te petatur personam ex voluntate paciscentium non demonstrationis, sed limitationis causa adjectam supponitur. Quæritur autem, nec immerito occasione tñi. in d. l. 57. §. 1. Vtrum textus pactorum species detur? Quia cum Consulitur pactum ex altera parte in rem, ex altera in personæ conceptam proponat, tertiam mixtorum pactorum partem Realem, partem personalium speciem assignare videtur, ut recte existimat Oruald. d. lib. 22. cap. 4. lit. K. Ex contrario Munnii disp. 6. thes. 4. lit. A. et B. et Bachov. ubi supra. Tertiam hanc pactorum speciem negat; Contrarij tamen rationibus, Munnii; quia pactum, de quo in d. §. 1. totum in rem est, et solum propter Verborum conceptionem partim in personæ conceptum dicitur, quod ex tñi. convincitur, Bachovius, quia pactum illud solum in personam est, et pactum diviso a debitore, non etiam a creditore denumitur. Cujus sententia prior quidem pari admitti non poterat, cum nihil prohibeat personale pactum esse solum creditoris respectu, ut in d. §. 1. ubi si creditor nec ipse solus petat, paciscatur, ipse quidem petere non poterat; ejus autem heres si petat, pacti exceptione non repellitur. l. Contra. 28. §. filius. 2. cum sequenti. hoc tit. Ex quibus constat ex parte creditoris pactum de non petendo reale, aut personale esse posse; Sed nec magis prior pari, quæ docet, pacta, de quibus in d. l. 57. §. 1. tota personalia esse, vera est; pactum illud, quo creditor nec ipse solus petat, paciscatur, prodest debitori, aut heredi solum adversus creditorem, non contra heredem ejus; et similiter pactum, quo debitor, nē a se solo petatur, paciscatur; ipse quidem, non etiam ejus heredibus contra creditores, et ejus heredes prodest: §. partim in rem, partim in personæ est. Sed dicit: Nullum ergo pactum totum in personam est; Nec enim aliud magis personale esse poterit, quam illud, quo creditor, nē a debitore dumtaxat petat, paciscatur; quod tamen ex dictis respectu creditore, nē a debitore a superstitite debitore possit petere. Respondeo, si in rem est, tunc nec ipse, nec ejus heres a superstitite debitore possit petere. Respondeo, hoc idem pactum personale esse respectu debitoris, et ita intelligendi sunt tñi. a liguri hoc periori num. adducti; Reale autem respectu creditoris; Nec tamen inde sequi, nullum pactum totum in personam esse; Nam si quis ita paciscatur, nē ipse solus a solo debitore petat, sine dubio totum pactum in personam erit; si vero enim creditorem attendimus, ipse solus, non etiam ejus heres petere prohibetur, si vero debitorem inspicimus, ipse solus, n. etiam

N. 19.



esui hæres pacti exceptione defenditur. **T**ertiam denique pactorum divisionem in l. 3 de Ex-  
 ceptionib. et in S. Perpetua. 9. cum seq. eod. tit. In tit. Gajus, et Iustin. assignant in hunc modum:  
 Pactorum quædam perpetua, et temporalia quædam sunt. Perpetua dicuntur, quæ de pecunia om-  
 ninò non petenda fiunt; Temporalia sunt omnia personalia, et ex realibus illa, quæ de pecunia  
 intra certum tempus ñ petenda concipiuntur. d. l. 27. S. 1. d. l. Contra. 28. hoc tit. d. l. 5. S. 1. Quib.  
 mod. pign. l. Licet. 18. de Pactis dotalib. d. l. 9. de Donation. l. 2. S. Item. 4. de Doli mali, et met.  
 Except. l. Vlt. C. Qui boni cedere poss. pro quarum explicatone adendum Salgado in Taber.  
 Creditor. 2. parte. cap. 30. Ex num. 53. etiam tñ. in l. 8. S. 1. cum duobus seqq. l. Aurelius. 28. S. Cen-  
 tum. 8. de Liberat. leg. 5. Si quis debitor. In tit. de Legat. Nec tamen quælibet temporis adjec-  
 tio temporale pactum inducit; Nam si creditor se post certum tempus, aut certam conditionem  
 non petiturum paciscatur post diem venientem, aut conditionem existentem perpetuum  
 pactum esse nemo dubitat. l. 4. de Servitut. l. 44. S. 1. et 2. de Oblig. et action. Vtrum creditor  
 petens antequam dies venerit, vel conditio existerit, pacti exceptione submoveatur? potest  
 non inubertiter dubitari. Et quidem creditorem ante diem petentem per pacti exceptionem  
 repellendum illud vadere videtur, quod dies certus ñcui contractus apponitur non efficit  
 quominus præiens sit obligatio. l. Centesimis. 46. de V. O. cum Vulg. ñ pacto de ñ. petendo  
 insertus ñ. debet efficere quominus præiens pacti sit exceptio, per quam statim creditor sub-  
 moveatur. In re tamen, à nemine, quem sciam, controversa, Verius existimo, quod creditor  
 ante diem pacto apponitur rectè petit, quin timeat periculum exceptionis, ut præter  
 expressum tom. in d. l. 44. S. 1. Veri. Planè. de Oblig. et action. juncto ibi Cusacio ad Pandect.  
 Ex seqq. convincenter probatur; Quamvis dies certus regulariter actus dumtaxat execu-  
 tionem, ñ. etiam substantiam remoretur; si tamen hi actibus apponatur, quorum substantia  
 tota in executione consistit, seu quorum substantia ñ. potest ab executione præcindi, cum  
 sua natura executionem suspendat, ñ. potest ñ. etiam substantiam ipsam suspendere, ut vi-  
 dere est in Usufructu, et alijs Iuribus personalibus, in tutela testamentaria, in libertate, ex-  
 dere est in Usufructu, et alijs Iuribus personalibus, in tutela testamentaria, in libertate, ex-  
 die promissi, aut relicti, quæ per diem certum ñ. minus quam per conditionem differunt,  
 ut latè dicitur in Academijs de Die certo tam contractibus, quam ultimis voluntatibus adjec-  
 to discept. 2. num. 8. quibus nunc accensio pactum de non petendo, cuius substantia tota  
 in executione, in pacto scilicet opponente exceptionis consistit. d. l. 27. S. Pactus. 2. h. tit.  
 l. Exceptiones. 20. de Exception. et varijs actionibus per diem certum omninò suspenditur,  
 adeo ut non solum exceptionis exercitum, sed neque ipsa exceptio ante diem incipiat, quæ  
 cum nullum alium effectum afferat, quam actionis executionem, quæ per diem certum  
 suspenditur, ñ. ñ. frustra ante diem statim incipere diceretur. argum. tñ. in l. 2. et 3.  
 quando dies leg. cedit: ergo creditor, qui ex die certo, vel quod idem est, post certum di-  
 em se ñ. petiturum paciscitur, ante diem agens ñ. poterit pacti exceptione submoveari,  
 similique erit creditorum temporalem actionem habenti, qui antequam dies actionis  
 exierit, ñ. modo rectè agit, sed et actionem ex se temporalem media liti consensatio-  
 ne perpetuam efficit. l. Omnes. 139. de Reg. Iur. cum similibus. Ex qua doctrina facile  
 Explicatur tñ. in d. l. 56. S. 4. de Verb. oblig. et in d. S. Rerum ita stipulatus. 3. In tit. eod.  
 in quibus si quis decem annua quoad vivat stipuletur, ipse quidem rectè petit; sed si  
 hæres petat, repellitur; quia qui sic stipulatur, hæredem suum ñ. petiturum tacite pa-  
 cisci intelligitur, et pactum in incertum diem mortis, certo tamen existiturum differtur,  
 post quem perpetuum est, seu perpetuo adversus hæredem competit; nec temporale hu-  
 jus pactum esse probat tñ. in l. Epistola. 52. S. Vlt. hoc tit. ubi cum filius de inofficioso  
 Patris testam. acturus ex causa transactionis pactus cum hærede fuisset, ut ei certa  
 quantitas quoad hæres viveret, præstaretur, temporale pactum esse, nec ad perpetuam  
 præstationem produci oportere Ulpianus respondet; Nam in huiusmodi transactione du-  
 plex pactum continetur, aliud obligatorium, ut scilicet hæres quandiu viverit, annuam  
 pecuniam filio præstare teneatur, et aliud liberatorium implicitum, quo filius ab hæredis  
 hæredem petiturum paciscitur, et dum obligatorium pactum temporale esse Ulpianus  
 asserat, liberatorium post hæredis mortem perpetuum esse ñ. obicure significat; hoc ipsum  
 in stipulatione, qua quis decem annua quoad vivat, stipulatur, proculdubio contingit;



Stipulatio namque quamvis ipso Iure sit perpetua, per exceptionem tamen redditur temporalis; tacitum autem pactum liberatorum, quod incipit ex morte stipulantis die perpetuum est =

N. 21

Sed diuimulare nefas erit vulgarem ingentem difficultatem, quam mouet elegans d. in l. Sancimus. 34. §. Vlt. Veri. Sin autem. Cod. de Donation. ubi expresse auerit Iustinianus, quod etiam annua stipulationi tempus vite stipulanti, aut promissori adficiatur, obligatio in gratiam heredi, aut aduersus heredem perpetuatur, quin pacti exceptioni sit locus. Omnium tamen Cusacii, et Roberti emendationibus, quas refert Dionysius Gothofred. in d. §. Vlt. ut respondeam, animaduertit, in eisdem d. anteriori Veri. Imperatores dixisse, annuam stipulationem intra metas vite stipulantis, aut promissori restrictam in effectu propter pacti exceptionem heredi, aut aduersus sui heredem non prodere, nec in dicit. Veri. Sin autem contrarium docere, cuius illa Verba vel adficiatur tempus vite d. sic exitimo intelligenda, ut si tempus aliquod adficiatur vite stipulantis, aut promissori, id est si sic annua stipulatio fuerit concepta, ut etiam post mortem stipulantis, aut promissori usque ad certum aliquod tempus annua quantitas prestaretur, ante illud elapsum heredi, aut contra heredem pacti exceptio competere non possit, Cuius interpretationis veritas ex integra eius d. serie conabit, cum statueret Iustinianus donationes trecentis primis, quingentis postea solidis excedentes non aliter subscire, quatenus legitimam summam excedunt, quam si actu fuerint insinuati, et fluxum donationum summas eidem Iuris temporibus factarum non simul estimari, sed singularium donationum separatim. d. l. 34. §. penult. Et qua reuera, Verum annua donatio, seu stipulatio causa liberalitatis facta pro unica donatione, an pro pluribus donationibus sit estimanda? In d. §. Vlt. sequentem distinctionem constituit, si annua donatio intra vitam personarum vel danti, vel accipientis restringatur, plures donationes intelliguntur, et liberæ a monumentorum observatione; quia cum ad heredem, aut contra heredem propter pacti exceptionem quoad effectum non transmittatur, similis in effectu est legato annuo, quod multiplex esse dicitur, et primi anni purum, sequentium conditionale, propter tantam conditionem si vixerit legatarius. l. 4. de annuat leg; Si vero annua stipulatio simpliciter fuerit concepta, aut heredes ex utraque parte habita mentione una intelligitur. l. Senatus. 35. §. Vlt. de mort. cau. donat. l. Si strictum. 16. §. 1. de V. O. et in unum fluxum annorum pensionibus coactis apud acta debent insinuari. Hoc ipsum procedere Iustinianus subiungit, si adficiatur tempus vite, vel donatori, vel eius, qui donationem accipit, id est si annua stipulatio sic fuerit concepta, ut etiam post obitum stipulantis, aut promissori usque ad aliquod certum tempus annua quantitas prestaretur, quæ quæ etiam ad heredem, aut contra heredem usque ad præfixum tempus transmittitur, una etiam esse intelligitur, et non novationis necessitati subicitur =

N. 22

Similiter si pactum fuerit sub conditione conceptum, veluti si paciscatur quis de non petendo Si navis ex Ana venerit, ante exitentia conditionis recte creditor petit, nec pacti exceptione submouebitur; quia pactum ad instar cæterorum actuum omnino per conditionem differatur, ut patet expresse tom. in d. l. 44. §. 2. de Oblig. et act. ubi dicitur, existente demum conditione pacti conventi exceptioni locum esse, probat à simili d. elegans in l. Pure. §. in p. de doli mali, et metu, ubi si er, qui decem purè debebat, testator decem, et sic liberationem sub contraria conditione legaverit, heredem interim pendente conditione decem petentem, dummodo legatario offerat stipulationem, doli mali exceptio non submouebitur Paulus respondit; quia potest etiam conditio deficere, quod pariter creditor pendente conditione petens non debet pacti exceptione submoueri. Sed tamen contrarium suadere videtur difficultis, et ignotus ad rem d. in l. Pecuniam. 36. de Reb. credit. ubi si pecunia alii purè debita eius iurum fuerit alteri sub conditione promissa, interim in eo statu prior obligatio cum dicitur tanquam si sub contraria conditione primo creditori pecunia promissa fuerit, et ex eo inferret quod primus creditor pendente conditione petens pacti exceptione repellitur; quia cum incertum sit, quod ex ea stipulatione deberi possit, ante



Tempus petere videtur; Sed quoties creditor de non petendo sub conditione paciscitur, incertum eriam est, an in effectu debendum sit, prout periculum exceptionis: g. pendente condit. quoad effectum in eo statu debet obligatio considerari, tanquam sub contraria conditione pecunia deberetur: ac per consequens creditor pendente conditione, et sic ante tempus petens pacti exceptione submovebitur. Nec difficultatem solvit doctrina Cusacii lib. St. Pauli ad Edict. in d. l. 5. et Antonij Fabri in Rationali ad tom. in d. l. 36. arrentium, diversam esse rationem legatarij, et stipulatorij conditionalis in eo, quod cum legatarij pendente conditione quo tempore nondum dies legati cedit, creditor n. sit. l. In fraudem. 27. Qui, et a quib. l. I. cui. 42. de Oblig. et action. non potest petitione heredi, cui pure debet, remorari. d. l. 5. de Doli, et mali. l. Non solum. 7. 5. Vlt. de liberat. leg. stipulator autem cum etiam pendente condit. creditor sit. dicitur legib. 24. et 42. juncta l. Vni fructus. 26. de Stipulat. servor. impedit, ut pendente condit. ab eo, qui pure obligatus est, petatur. d. l. 36. de Reb. credit. l. Si debitor. 80. l. Si debitor. 83. de Iure dotium. Hæc namque sententia, cui subscripsi in Academicis de Die certo dicitur. t. num. 29. Ne nunc maturius perpena, ex eo duplicet, quod sive de ultimis voluntatibus, sive de actibus inter vivos loquamur, constat, quod sive liberatio fuerit sub conditione legata, sive pactum de non petendo fuerit sub conditione conceptum ante existentiam conditionis n. magis pactum, quam legatum potest sortiri. d. l. 44. §. 2. de Oblig. et act. nec conditionalis novatio pendente conditione priorem obligationem extinguit. l. Quoties. 14. de Novation. nec dum pendet conditio de non petendo pactum includit. argum. tom. in d. l. 30. §. Vlt. hoc tit. falsum ergo est superius discrimen inter legatarij, et stipulatores conditionalem excogitatum =

N. 23.

Quamobrem non novandi, sed veritatis aperienda studio ex mente Duarenii in paraphrasin ad titulum de Rebus crediti. cap. 5. dicendum existimo, idem in d. l. 36. de Rebus credit. primum creditores pendente condit. posteriori obligationi petentem pacti exceptione submoveri, ne aliquando in ejus esset arbitrio secundo conditionalis creditori, cui debitorem suum ipse delegaverat, præjudicium inferre, aut secundam obligationem in casum existentis conditionis extinguere, quæ ratio cessat in terminis pacti de non petendo sub conditione concepti, in quibus creditor pendente conditione petens nec alij creditori, qui nullus proponitur, inferre præjudicium, nec magis debitori, cui ante existentiam conditionis pactum prodere non debet. Quæ differentia non in subtiliter firmatur, et corroboratur ex l. Julianus. 60. §. 1. de Condit. indebit. In initio refert Paulus sententiam quorundam existimantium, quod si quis, quod pure debet, novandi animo sub conditione promiserit, et ea pendente per errorem solverit, repetere potest, quia ex qua obligatione solvat, adhuc incertum est, et quod idem obtinet, si duo eandem pecuniam, unus pure, alter sub conditione novandi animo promiserint; In fine tamen tot. concludit, priori quidem casu repetitioni locum non esse; quia vel ex pura, vel ex conditionalis stipulatione eundem debitorum certum est, in posteriore autem locum habere repetitionis, quia Vter eorum pecuniam sit debiturus, incertum est, prout merito Paulum explicans magnus ille maxime venerandus legum Interpretes Cusac. in lib. 3. quaest. 10. Pauli, et Anton. Faber in eisdem tom. Ration. Multum itaque interesse Paulum existimat inter casum, quo unus, idemque debitor, quod pure debebat, eidem creditori novandi animo sub conditione promiserit, qui non solum pendente condit. solvens repetere n. potest. juxta Iuris Cui Pauli sententiam et opinionem iam assignatam, sed et interim cum effectu, et efficacia poterit conveniri, quin taciti temporis pacti exceptionem possit adversus creditores opponere ex supra dictis, et inter casum, quo duo eandem pecuniam, unus ex hiis pure novandi animo promiserit, alter vero promiserit novandi etiam animo, sed sub conditione; quorum etiam is, qui pure promiserit, n. solum pendente conditione solvens potest repetere, sed et interim conveniatur, taciti temporali pacti exceptione creditores poterit submovere



Submovere, et repellere, et quia præjudicium ipse experitur per petitionem pendente conditione, hoc est antequam conditio existat, institutam, cum incertum sit, an aliter existente conditione sit debiturus, cujus obligationem in fraude præjudicium, et primi extinguere, seu dividere creditori non licet: sic ergo pariter quamvis in d. l. 36. de Verbis credit. primus creditor pendente conditione posteriori obligationi petens pacti exceptione repellatur, ne in ejus sit arbitrio secundam conditionalem obligationem extinguere; si tamen pactum de non petendo fuerit sub conditione conceptum, creditor interim recte petit, cum nullum debitori inferat præjudicium. Deinde hæc eadem differentia ex eo fulcritur: Quamvis fideicommissum post mortem hæredis relictum ponit ab ipso hærede, antequam diem suum obierit, restitui. l. Pariter. 19. Quæ in fraud. credit. l. Post mortem. R. C. de fideicommissis; si tamen ex præmaribus restitutione damnum aliquod alteri inferatur, ante mortem non recte restituatur. l. Si filiusfam. 114. §. Divi. ff. de leg. 1. l. Cum pater. 115. §. A filia. to. de leg. 2. l. Vxor. 41. §. Sej. ff. de leg. 3. Similiter ergo creditor pendente pacti conditione recte petit, cum nullum alteri inferat præjudicium, quamvis ex eadem in contrarium ratione petere possit in d. l. 36.

Observandum tamen est elegans, nec fore hactenus animadvertum discrimen inter liberationem sub conditione relictam, et pactum de non petendo sub conditione conceptum; Nam hæres adveniens debitorem, aut liberationem testator sub conditione reliquit, non aliter recte experitur, quam si caveat se existente quocumque conditione legatum solviturum. d. l. 5. de Doli mali; et metui except. imo et si cautionem non interponat debituræ restituere. d. l. 7. §. Vlt. de Liberat. leg. Creditor autem pendente pacti conditione nec cautionem offerre compellitur, nec exactam interim pecuniam existente postea conditione restituere debitori tenetur, ut inducit l. in d. l. 44. §. 2. de Oblig. et act. Cujus differentia eam esse rationem existimo, quod legatum liberationis non solum exceptionem parit, sed et actionem ex tertiam. l. 3. §. Nunc. 3. de Liberat. leg. per quam legatarius sicuti si interim non solvitur, et existente postea conditione poterit consequi, ut liberaretur per acceptilationem, sic quam solvit pendente conditione pecuniam post ejus existentiam recte petit. d. l. 7. §. Vlt. eod. tit. quia spem legati conditionalis auferre arbitrio hæredis a se non debet. l. 2. §. Vlt. eod. tit.; pactum autem de non petendo, non actionem, sed exceptionem duntaxat producit, quæ nec competit pendente conditione, nec magis post ejus existentiam recte petit. d. l. 7. §. Vlt. si exacta interim pecunia fuerit ex defectu debiti per venditionem sublata; Unde nec in debiti conditione locus est in casum existentis conditionis, cum id debitum solvitur sit, quod per nullam exceptionem poterat submoveri. Nec contrarium probat l. in l. Sufficit. 56. de Condit. indebiti; plerimum namque refert, an tanquam terminus a quo, an vero tanquam terminus ad quem pacto de non petendo conditio fuerit inserta? Si conditio apponatur tanquam terminus a quo, ante ejus existentiam nulla competit exceptio, quæ soluta interim pecunia ponit conditionem inducere; si vero apponatur tanquam terminus ad quem, prout in d. l. 56. ubi pactus proponitur creditor de non petendo Donec Titius Consul fuerit, statim quidem competit exceptio, quam interim ambiguum merito Papin. appellat, cum in even- tum existentis, aut deficientis conditionis perpetua, aut temporalis esse possit, Et interim dum incertam causam continet, locum facit repetitioni. Ex qua

Nº 24.

Papiniani decisione tertia pactorum de non petendo species 2  
 2 denotatur, quæ scilicet ambigua sunt, et quamvis ponuntur  
 2 esse perpetua, vel temporalia, interim tamen dum an-  
 2 ticipem causam continent, tanquam perpetua judican-  
 2 tur, docent Cusac. lib. 8. quæ sit. Pap. in d. l. 56. Duaxen. 2  
 2 in paraphr. ad l. 4. de Condit. indeb. cap. 5. Salg. 2  
 2 in Tab. Credit. 2 p. cap. 21. n. 103. cum seqq. 2 2



# Caput 2<sup>um</sup>

In quo qui, et super quibus possint de non petendo pacisci? discutitur

Num. 1.

Cum de his dixerat liberariorum pacis loquamur, quae ex liberalitate proficiunt, ubi quaeritur quoniam possint de non petendo pacisci, sequens erit adhibenda distinctio; Quisquis donationem, aut liberalitatem nullo Iure exercere prohibetur, utiliter etiam de non petendo paciscitur; qui vero vel ob iudicij inopiam, aut plene dispositionis defectum, vel propter civilem aliquam interdictionem liberalis esse non potest, de non petendo non recte paciscitur; Etenim cum gratuitum liberariorum pactum sit veluti quaedam donatio, species. l. 1. de Donatione. a donatione ad pactum argumentum non congrui deductionis. Unde licet mutus, et Surdus sicuti donare. l. Quidquid. 33. S. Mutus. 2. de Donatione. sic et de non petendo possint pacisci. l. 4. S. 1. hoc tit. juncta l. In quibuscunque. 48. de Oblig. et Actione. Mendoza lib. 2. de Pactis. cap. 6. per totum; Furiosus tamen, et mente captus, et Infantes quemadmodum ex animi defectu donare non possunt. l. Modestinus. 23. S. 1. de Donatione. sic nec pacisci, quia nullum negotium recte gerunt. l. 1. S. furiosorum. 12. S. 1. de Donatione. sic nec pacisci, quia nullum negotium recte gerunt. l. 1. S. furiosorum. 12. cum sequenti de Oblig. et Act. cum similibus, nec pactum sine paciscendi consensu potest intelligi. l. Si cum te. 51. hoc tit. juncta l. Nihil. 16. S. Ut. de Reg. Iur. Pupillus autem, qui etiam sine tutoris auctoritate meliorem suam conditionem facere potest; deteriorem vero non aliter quam cum tutoris auctoritate. l. Obligari. 9. de Auctoritate tutor. prio. In iur. eodem; ne a se petatur, utiliter etiam sine tutoris auctoritate paciscitur; De eo autem quod sibi debetur non petendo, nec perpetuum, nec temporale pactum facere potest. l. Contra. 28. hoc tit. ubi a solutione ad pactum tanquam a majori ad minus Consultus sic arguit: Majoris profecto utilitatem offert pupillo a debito facta solutio, quam pactum de non petendo, quod omni ex parte damnosum est; et tamen pupillus pecuniam sibi debitam sine tutoris auctoritate accipiens liberare debitorem non potest. l. Pupillo. 15. de Solutione. S. Nunc admonendi. 2. Veri. Ideoque si debitor. In iur. Quibus alienari licet: ergo fortiori ratione sine tutoris auctoritate pacisci de non petendo non possunt, ut explicat Anton. Faber in Ratione ad tom. ind. l. 28. Primatur hoc ipsum ex l. Si consentit. 7. Quibus mod. pign. vel hypoth. solv. ubi pupillus sine tutoris auctoritate liberare pignus non potest, et ex l. In fraudem. 27. S. Ut. Qui, et a quibus. ubi pupillus citra tutoris auctoritatem servi sibi specialiter pignori obligati, aut cuius habet Vnumfructum manumissioni non nisi fructu consentit: quod nec debitum per pactum de non petendo potest remittere, quamvis nec a se petatur. Utiliter paciscatur. d. l. 28. h. tit. argum. tpi. in l. 2. de acceptilata. Rursum Puberes siquidem Curatores non habent sicuti donare non prohibentur, ut ex l. 2. C. si advenus ex l. Si filius. 4. C. de Inofficiosa donatione. fundat Reres de Donatione. cap. 11. num. 3. cum 3. seqq. sic et de non petendo utiliter paciscuntur; si vero Curatorem habuerint, pupillis similes sunt. l. 3. C. de In integr. restitut. et abique ejus auctoritate quemadmodum donare non possunt. iuxta tom. ind. l. 4. S. Si minor. 9. de Doli mali, et metus, quem in hac suppositione cum iudicio accipit Caldas Perezra ind. l. 3. C. de In integr. Restitut. Verbi hunc contractum num. 19. Veri. Ex quo inferetur sic nec de non petendo pacisci. Ex regula tpi. in d. l. 3. Unde quod dicitur in l. 2. et in l. 4. S. Ut. de Manumissis. Vnde minore viginti annis servi sibi specialiter pignori, aut cuius habet Vnumfructum, posse manumissioni consentire, vel accipiendum est de minore Curatorem non habente, vel referendum ad minorem cum auctoritate Curatoris sentientem. Pupillus etiam, et adultus Curatorem habentibus similes sunt Prodigii. l. 9. S. Sed et. 7. de Reb. cred. l. 6. de V. O. Quae omnia tanquam



tanquam alij tractibus communia breviter attingere sufficiat. Videri de proliis, extra rem tamen diverentes Flunnii ad Treutler. Volum. 4. disp. 6. tit. 5. per omnes quaestiones, Bachov. ad eundem in eisdem loci per omnes literas, et Arnold. Vinn. de Pacti. cap. 14. per totum =

Num. 2.

Propter plenam dispositionis defectum servi, et filij fam. sicut nec res quidem peculiares possunt donare, quia donatio n. administratione, sed peculij dimipatione continet. l. 1. §. 1. Quae rei pignori. l. 3. §. 5. Si servus. d. de Donation. inter. l. filius. 7. de Donation. sic nec de eo quod Dominus, aut Parentibus debetur, n. petendo uti liter paciscuntur. d. l. 28. §. 1. h. tit. l. 8. §. 5. An pacisci. 5. Quib. mod. pign. Vel hypo. th. l. 7. de Pacti. dotalib. l. Si quis vpon. §. 2. Si servus. 26. de furti. l. 3. l. filius. 23. Cod. hoc tit. argum. tōi. in l. Qui Romae. 122. §. 1. Veri. Item quare de v. o. et quia deteriorem Dominorum, aut Parentum reddere conditione. l. Melior. 133. de Reg. Iur. nisi forsitan ex justa causa debitas pecunias remittant, veluti si pro eo ut ita paciscerentur, aliquid, in quo non minus, aut etiam amplius esset, fuerint consecuti. d. l. 28. §. 1. h. tit. d. l. 8. §. 5. Quib. mod. pign. d. l. 52. §. 26. de furti. Vel nisi in ipso contrahendi tempore dum paternam, aut dominicam pecuniam crediderint, de ea intra certum tempus non petenda pacti fuerint, quo sane casu pactum subintrat. supra tom sic intelligim in l. Si autem. 29. h. tit. Tum quia ex cuius persona in aliquo negotio lucrum quis capit, ejus factum, quod initio intercessit, praestare tenetur. l. Cum mancipium. §. 1. de Adilit. Edict. l. 1. §. 1. In hac. 17. de Doli, et metu. l. Ex qua. 149. de Reg. Iur. Tum quia non tam videtur diminueri, quam n. acquirere, n. tam deteriorum, quam non meliorem Parentum, aut Dominorum conditione reddere intelligunt, quod Iure facere possunt. l. 1. §. 1. C. de Acquir. posses. quamquam semel Dominus, aut Parentibus acquiritam obligatione deteriorum adeo reddere n. possunt, ut nec tempus solutioni adjectum prorogare ipsi concedatur, ut colligitur ex dictis Iuribus, et tradunt Donell. et Cusac. in d. l. 3. C. hoc tit. fortiori utique ratione si filius, aut servus ne ipse peteret, pactus sit, inutile pactum est. d. l. 28. §. 1. Si filius. 2. hoc tit. quia cum pactum exceptione solum producat, cuius nullus est usus, nisi post actionem in iudicium deductam, n. de alia petitione potest intelligi, quam qua in iudicio fiat, quam institueret filius, aut servus non potest. l. Quoties. 13. Si quis caution. l. filius. 9. de Oblig. et act. nisi forsitan filius de eo quod sibi debendum est, aut deberi potest, cum sui Iuris factus fuerit non petendo pactus sit. l. Et haeredi. 2. §. filiafam. cum seq. hoc tit. Vel nisi in his casibus, in quibus actionem potest exercere, de quibus in d. l. 9. de Oblig. et act. ubi vidend. Cusac. ad Pandect. ne ageret, pactus sit. l. In persona. 30. in prin. hoc tit. quae singula suis locis plenius exequemur =

N. 3.

Ex contrario servi, et filij fam. quia meliorem Parentum conditionem facere possunt d. l. 133. de Reg. Iur. ne a Parentibus, aut Dominis petatur, recte paciscantur, et si de eo paciscantur, quod cum ipso, sive de eo, quod cum Parentibus, Dominisve contractum sit, exceptionem acquirunt, servi quidem Dominis dumtaxat; filij autem siquidem de eo quod cum ipsis contractum fuerit, pacti sint, non solum Parentibus, sed sibi; si vero de eo quod Parentibus contractum sit, eis dumtaxat, non sibi. l. Si tibi. 11. §. 1. h. tit. cum duab. legib. seq. hoc tit. Conducunt tōi. in l. 8. §. 1. et 2. l. Speciei. 11. de Acceptilat. in quibus speciem acquirendi esse dicitur Dominus ab obligatione liberare, et servum per acceptilationem Dnū posse liberare. Hinc servi hereditarius licet ne ab haerede post adituro petatur nominatim, id est ejus nomine adjecto non possit pacisci; si tamen de eo, quod defunctus debuit, a futuro haerede sub appellatione haereditis nomine non petendo pactus sit, utile pactum est, et excepto haereditas conferatim acquiratur, quae post aditionem incipit haeredi competere. l. Si unus. 27. §. 1. h. tit. argum. tōi. in d. l. 11. §. 1. Si servus. 2. de Acceptilat. faciunt tōi. in l. Servus. 16. l. Si servus. 18. §. 1. Si ex re. 28. §. 1. h. tit. l. Servus. 35. de Stipulat. servor. pro quorum explicatione videndi Valentia lib. 2. Illustr. tract. 4. cap. 1. num. 17. et D. Retes lib. 6. opuscul. cap. 7. num. 3. cum seq. Dixi de eo, quod defunctus debuit, quia sub eo, quod futurus haeres de-



beret non petendo etiam sub appellativo heredis nomine hereditarium servum pactus sit,  
meo videri inutile pactum erit; tum quia implicat, ut servus hereditarius paciscatur de  
eo quod futurus heres ex sua persona debet non petendo, quamvis nomen adiciat, quod  
pacti inutilitatem inducit ex dictis juribus. Tum etiam quia cum nihil heredi per here-  
ditarium servum possit acquiri, quod non prius hereditari fuerit acquiratum. *l. usufructus.*  
*26. de stipulat. servor.* et circa id, quod non hereditas, sed futurus heres debuerit ac-  
quiri, exceptio non possit utique nec heredi potestatem advenit acquiri poterit. Verum ingens  
occurrit difficultas, quam dissimularunt Interpretes, ex eo quod hereditas jacens quam-  
quam capax sit eorum omnium, quae in Iure consistunt, nihil tamen eorum, quae facti sunt,  
aut in quibus actus persona opere, vel substantia desiderantur, potest acquirere etiam  
per servum hereditarium. *l. hereditas. 61. de acquir. rer. domin. d. l. 26. de stipulat. serv.*  
Sed pactum de non petendo, quod ex eo nascitur, exceptiones facti sunt, et in executione  
consistunt, ut ex *l. 27. §. 2. hoc tit.* et ex *l. Exceptiones. 20. de Exception. d. in precedenti. cap.*  
*num. 20.* ergo servus hereditarius licet de eo quod defunctus debuerit non petendo paciscatur  
pacti exceptiones, acquiri hereditati non poterit. Respondendum tamen meo iudicio est, pac-  
ti exceptiones semel acquiratam Iuri esse saltem praerogative, cuius utilitas in facto de exe-  
cutione consistat, et hereditati per hereditarium servum acquiri ad iurata actionis,  
quae quia Iuris est, quamvis ejus utilitas ex facto deductionis in iudicium plerumque  
dependeat, hereditati potest acquiri, et ad differentiam usufructus, qui etiam acquiri-  
tus totus ex vendi, et fruendi pacto ita estimatur, ut per non Num. Extinguatur. *l. 16.*  
*C. de Usufruct.* Accedit, quod usufructus tanquam servitus personalis veram, et naturalem  
personam desiderat, et ideo acquiri hereditati non poterit. *d. l. 26. de stipulat. servor. pac-*  
*tum autem de non petendo ab hereditario servo interpositum in rem est, non in personam,*  
et sic ex eo proveniens exceptio facta hereditari persona potest acquiri.

N. 4.

Sed licet in eo servus, et  
filiusfam. conveniant, quod si in rem paciscatur Ius, quorum in potestate sunt, pacti ex-  
ceptionem acquirant, si tamen in personam paciscantur, longe inter se differunt; filius  
namque familias cum ex omnibus fere contractibus obligari, et in iudicio possit con-  
veniri. *l. Si quis. 44. de Peculio. l. filius. 39. de Oblig. et action. ne a se petatur, in perso-*  
*nam etiam recte paciscitur. d. l. 19. §. 1. h. tit.* Servus autem cum ex contractibus na-  
turaliter solum obligetur. *l. Servi. 14. de Oblig. et action. nec in iudicio possit conveni-*  
*ri. l. Cum servo. 107. de Reg. Iur. ne a se petatur in personam non recte paciscitur. d. l. 24.*  
*§. 1. hoc tit.* Sed obstat, quod servus potest per acceptilationem liberari, per quam tollun-  
tur honores obligationis, si qua sunt adversus dominum. *d. l. 8. §. 1. h. tit. Vers. Idem erit.*  
*d. l. 11. §. 1. de Acceptilat. juncto Sarratore. lib. 8. select. cap. 1. n. 2.* ergo etiam ne a se petatur  
in personam potest pacisci ex effectu, ut naturalem obligationem extinguat. Rursus pu-  
pillus naturaliter dumtaxat obligatur, qui eo nomine in iudicio nonnulli fuerit con-  
veniretur, utiliter ne a se petatur paciscitur, adeo ut non modo naturalem suam obliga-  
tionem extinguat, sed et fidejussorem ex ea causa acceptum liberet. *l. Sicutum. 95. §. Natu-*  
*rality. 4. de Solution. Ergo et servus naturaliter obligatur poterit ne a se petatur pacisci,*  
et eo modo naturalem obligationem extingueret. Quibus difficultatibus respondendum  
est primo, quod si servus naturaliter obligatur in rem pacisceretur, utile pactum erit  
ad extinguendam naturalem obligationem, quam etiam per acceptilationem dissolvere  
servus poterit, sicuti et per pactum de non petendo in rem conceptum naturalis pupilli  
obligatio ipso Iure tollitur juxta tom. sic intelligim. *ind. l. 95. §. 4.* Vbi autem servus  
etiam naturaliter obligatur in personam paciscitur, inutile pactum est, cum nec possit  
tollere naturalem obligationem, quae nunquam per personale pactum dissolvitur, ut seq.  
cap. dicemus, nec magis personale aliquam exceptionem servo tribuere, qui nec in ser-  
vute persistere, nec manumissus poterit eo nomine conveniri, sicuti ex eadem ratione  
absolvere non dubito, pupillum naturaliter obligatum in personam non nisi inutiliter pa-  
cisci, et tom. *ind. l. 95. §. 4.* de personali pacto accipi non posse, imo ad terminos pacti in rem  
concepti debere restringi, de quo Papin. loquitur praeter aequiparationem pacti, et jurijurandi,  
Ex eo



Ex eo etiam evincitur manifestè, quod aserit, naturalem obligationem ipso Iure tolli per pactum; quia sent. in terminis dumtaxat pacti in rem concepti potest verificari.

Num. 5.

Explicita etiam dispositio conceptu sive ad omnia bona simpliciter data, sive quibus libera negotiorum administratio permittitur fuerit, inter qua nihil interesse merito censeat Arnold. Vinn. lib. 4. select. cap. 9. per totum, quamvis ne à Domini petatur, utiliter paciscantur, et ex ea causa doli exceptio Domini acquiratur. ex l. Rescriptum. to. 5. Vlt. hoc tit. l. 7. §. 2. Quib. mod. pign. de eo tamen, quod Dominus debetur non petendo gratuitum liberatorum pactum frustra concipiunt. d. l. 7. §. 1. Quibus mod. pign. argum. tōi. in d. l. 28. §. Vlt. h. tit. juncta generali regula tōi. in l. Ignoranti. 49. de Procurator. Unde quod dicitur in d. l. 10. §. 1. cum duabus legib. seqq. hoc tit. pactum Procuratori Domino nocere, de pacto non gratuito, et quod dominica conditionis deterioratione n. contineat, sed negotiorum administratione concernat, accipiendum est. l. Mandato. Co. de Procurator. l. Creditor. Co. §. Vlt. Mandati. l. 13. §. Tutor. to. de acceptilat. juncti qua docent Orsuald. d. lib. 22. cap. 4. lit. R. et Vinn. d. lib. 4. select. cap. 9. Procuratores autem non ad negotiorum administratione, sed ad actionem exercendam dati, quamvis liti Domini per concertationem fiant. l. Procuratoribus. 22. cum seq. C. de Procurator. quia causa, et negotij Domini non fiunt, adeo ut iusjurandum differre, nec iudicari actionem exercere, nec solutionem possint accipere. l. Si itaque. 19. de Iurejur. l. Hoc iure. 86. de Solution. nec etiam liberalitati, aut transactionis causa utiliter paciscantur. l. Sed si tantum. 13. hoc tit. l. Transactioni. 7. C. de Transaction. nisi forsan in rem suam Procuratores dati sint, qui cum propriam litem, et ad propriam utilitatem exerceat. l. Quia omnia. 25. de Procurator. l. Qui stipendia. 9. C. eodem, adeo ut iusjurandum differre, iudicari actionem exercere, et possint accipere. l. Iusjurandum. 17. §. Vlt. de Iurejur. l. 2. in fine principij de Re iudic. quinimo et Domini preferantur. l. Procuratore. 55. de Procurator. etiam de non petendo gratuitum liberatorum pactum concipere non verentur. d. l. 13. §. 1. l. Si cum emptore. 16. h. tit. docent Donell. d. lib. 22. cap. 4. Bursion. lib. 3. de Solution. paulo post principij. Cusac. ad Pandect. in d. l. 16. et lib. 3. Pauli ad Edict. in d. l. 13. hoc tit. et Anton. Faber in eorundem eorum Ration. Hinc Publicanus id est Vectigal à Principe conduxit; quia in rem propriam Procurator effectu censeatur etiam gratuito per pactum de non petendo Vectigal, sive remittit. iuxta tōm. in l. Vlt. §. Siquis profertur. 12. de Public. et Vectigal. quem sic nec immerito explicarunt n. nulli à Ianone relati in l. Qui Roma. 122. §. 1. de V. O. quamvis dissentiat Amaya in l. 3. de annoni, et tribus. lib. 10. num. 41.

Num. 6.

Qua de Procuratoribus diximus, eadem non solum in Magistris Societatis, sed et in Tutoribus, et Curatoribus observantur; Societatis Magistris, id est qui Communibus Societatis negotijs, ut praecipuum eorum curam habeant, à Socijs praeposuntur. l. Qui praecipua. 57. de Verb. Sign. quatenus negotiorum exerceat administratio, ita pacisci possunt, ut pactum ab ipsis conceptum reliquis socijs prodesse, aut nocere debeat. l. Item Magistris. 14. hoc tit. Tutores etiam ne à pupillis petatur, utiliter paciscantur, per gratuitum pactum n. possunt. l. factum. 22. C. eod. tit. quia ad utilitatem solum admittendi, non etiam pupillaria bona donandi obtinent facultatem. l. Tutor. 22. l. Lucius. u. 46. de administ. tutor. l. Non omni. 16. C. eod. tit. et Domitorum loco habentur, ut ex bona fide admittent, non ut pupillum spoliarent. l. 7. §. Si tutor. 3. Pro emptore, sua etiam bona fide paciscantur, veluti si tantundem, aut amplius fuerint consecuti, vel si transactione facta perplexi, et dubij liti molestia pupillum liberaverint, pactum pupillo nocere dubium non est. l. Pupilli. 96. §. 1. de Solution. l. Si pignore. 54. §. Vlt. l. Interdum. 53. §. 1. de Acceptilat. Revidendi itaque sunt Anton. Faber in Ration. ad tōm. in d. l. 15. hoc tit. et Orsuald. d. lib. 22. cap. 4. lit. S. pactum tutoris nunquam pupillo nocere posse aserentis. Hoc ipsum procedit in Curatoribus n. solum furiosis, aut prodigijs d. l. 28. §. 1. h. tit. junctis l. Pignus. 11. cum seq. et l. Vlt. de Curatorib. furioso, et alijs, sed et minoris. Argum. tōi. in d. l. 12. C. hoc tit. juncti, qua nuper de Procuratoribus diximus, convincitur Anton. Faber contrarium fuisse circa Curatorem minoris persuadere contendit in Ration. ad tōm. in d. l. 28. §. 1. hoc tit. Et ad huc Cusac. 3. Pauli ad Edict. in d. l. 15. hoc tit. et in d. l. 22. C. eod. et Donell. in d. l. 22. et d. lib. 22. Comment. cap. 9. Ex his infero, quod pupillus, qui etiam tutore



Auctore donare non potest, ut ex l. Cum plures. §. Cum tutor. 3. de Administrat. tutorum  
ex l. 1. §. 4. de Tutela, et Ratio. dicitur. Recte coniecit D. Reses de Donation. d. cap. 11. num. 7. cum  
seq. nec cum tutoris auctoritate per gratuum pactum remittere debitum poterit. Opponi tamen  
videtur tōi. in d. l. 28. in p̄io. hoc t̄i. ubi dum aserit Gajus, pupillum sine tutoris auctoritate  
de non petendo non recte pacisci satis indicat, tutore auctore debitum per pactum posse remi-  
tere. Cui difficultati resp̄. quod tōi. in d. l. 28. quatenus docet, Pupillum sine tutoris auctoritate  
de non petendo n̄. posse pacisci, quamvis de gratuito pacto possit accipi, ut communem expli-  
cationem secutus dicebam num. 1. proprie tamen, et rigore de non gratuito pacto, sed ex  
transactioni, vel ex alia justa causa interposito debet intelligi, ut probat argumentum à  
solutione deductum, cum qua n̄. gratuitum, melius, et elegantius quam gratuitum pactum  
confertur, quasi dicat Consulens, Pupillo solvi sine tutoris auctoritate non poterit, nē  
accepto debito alienet obligationes: p̄. nec poterit Pupillus abique tutoris auctoritate ex  
transactiōni, vel ex alia causa pacisci, nē aliquo accepto in effectu obligationes alienet;  
sic autem acceptus Gajus à contrario sensu solum evincit, Pupillum tutore auctore tam  
per pactum ex justa causa interpositum, quam per solutionem debitorem posse liberare =

N. 7.

Reipublica videm curatores, seu administra-  
tores, Universitatum Syndici, et Decuriones, sicuti vana observationi causa, aut populari  
aura captanda gratia donationes exercere n̄. possunt. l. 3. §. Planē. Quod vi, aut clam. l. 4.  
de Decreti ab ordine faciend. Reses de Donation. d. cap. 11. num. 9. sic nec per gratuum  
pactum id, quod Reipublica, aut Universitati debetur, Iure remittitur. l. Imperatore.  
33. hoc t̄i. d. l. 4. de Decreti. l. Praes. §. C. de Transact. l. 13. C. de Annon. et trib. lib. 10. qu-  
amvis super dubia lite administrationi causa possint transigere. d. l. 12. C. de Transact.  
gratuito autem ab administratoribus Civitatum facta remissio eum effectum opera-  
tua, ut excusio primum Reipublica fiat in bonis ipsorum administratorum. d. l. 3. C.  
de annon. et trib. ubi Amaya num. 10. cum seq. qui huc referendum censeat tom. in  
d. l. 12. §. 12. de Publicani. Huc sent. obicitur tōi. in l. Adversus. 5. C. de Vixis, ubi  
aserunt Imperatores, adversus creditorem, qui per certos annos minores Vixas, quam  
capta erant, accepit, majores postea petentes taciti pacti exceptiones competere, idque  
non solum in privati creditoribus procedere, sed etiam in Reipublica, si forsan ejus  
defensores minores Vixas per longum tempus acceperit. Omnino tamen solutionibus Do-  
nellii, Cusacii, et Fabri, respondet melius Vinnii de Transactioni. cap. 3. n. 8. cum seq. tom.  
in d. l. 5. n̄. loqui de administratoribus Civitatis, quorum negligentia, aut factum  
Reipublica nocere non debet. argum. tōi. in l. Civitas. 27. de Rebus cred. sed de defen-  
soribus Civitatum, id est ipsi Magistratibus, qui defensores vocantur. l. 1. et per tot.  
C. de Defensorib. Civitat. et totum Reipublica corpus representant, et quorum ideo  
negligentia nocet Civitati. argum. tōi. in l. Nihil interest. ad Macedonianum =

N. 8.

Hi omnes, qui propter civilem aliquam  
prohibitionem exercere donationes n̄. possunt, etiam pacisci prohibentur, ut ecce quia  
inter Conjuges, dum constat matrimonium, donationes prohibentur, nec etiam de-  
biti remissio sive per acceptilationes, sive per pactum de non petendo facta subicitur.  
l. 5. §. Circa. 5. l. Si quis. 21. §. 1. l. Sed si vir. 51. §. Si vir. 4. l. Cum hic status. 52. §. Sive  
autem. 23. et §. Planē. 26. l. Vir. 54. ubi Cusac. 8. Responsor. Papin. de Donation. inter Vir.  
et Vxor. Similiter quia post contractum capitale crimen condemnatione postea  
secuta donationes facta non valent. l. Post contractum. 15. de Donation. l. 5. §. Eman-  
cipatione. 4. Cod. ad leg. Iuliam Majest. Reses de Donation. cap. 8. num. 21. cum 3. seq.  
nec gratuita debiti remissio valebit, quamvis pactum n̄. dispositionem, sed patrimonij  
administrationes concernens efficax sit. argum. tōi. in l. Reo. 41. cum sequenti. l. 45.  
§. 1. de Solution. l. Aufertur. 46. §. In reatu. 6. de Iure fisci. praeterquam in casum admini-  
stratiōni laesa Majestati. l. 12. de Bonis damnator. l. 6. §. 1. Cod. ad leg. Iul. Majest. Ex  
eadem ratione existimo deportatum per gratuitum pactum debitum non Iure remittere,  
et quod vulgo Interpretes aserunt, pacisci deportato licere, de gratuito pacto de n̄. petendo,  
Accipi



Accipi non posse, metior ex eo, quod licet deportatus ea omnia possit exercere, quae Iuris gentium sunt, in fraudem tamen fisci, cui post ejus obitum bona post deportationem acquisita applicantur. l. 2. C. de Bonis, quae pro se alienari non possunt. l. Deportatus. ff. de Interdict. et Releg. et sic nec donare, cum non possit non esse donatio in fraudem fisci. l. 2. eod. tit. l. In fraudem. ff. in princ. de Iure fisci. Retes lib. 2. de Interdict. in d. l. 2. ergo nec poterit gratuito de non petendo pacisci, cum non possit non cadere pactum in fisci praesudicium. argum. in l. 1. ff. de l. 10. ff. Praeterea. 22. cum seqq. l. Omnia. ff. Quae in fraud. credit. Ex contrario tam de portari, quam capitali eximium rei, quia patrimonii administrationem retinent. d. l. ff. de Bonis damnat. l. Deportatus. ff. de Interdict. et Releg. juncto Retei lib. 3. de Interdict. ex eam. 6. per totum, ne a se petatur, sive in rem, sive in personam proculdubio utiliter paciscuntur, cum ea rei fisco fraudi esse non possint =

Num. 9.

Vidimus quoniam possunt de non petendo pacisci, super quibus liberatorum pactum possit interponi, Videmus, et quidem tam super realibus, quam sub personalibus actionibus, pactum de non petendo poterit concipi. l. 27. ff. Item si pactum. 8. l. Si cum fundum. 36. hoc tit. arg. in l. 30. de Liberat. leg. Nec de eo solum quod de praesenti debetur, sed de eo quod non diem debetur, spes tamen est delatum, aut debitum in non petendo pacisci quia poterit, ut pone de legato, aut fideicommissio conditionali non petendo legatarius, aut fideicommissarius recte paciscitur. l. 21. ff. Item. 4. hoc tit. juncta l. Si filio. ff. ff. in possen. legator. l. 1. ff. Cum propter. 16. C. hoc tit. l. De fideicommissio. ff. C. de Transact. in d. l. 13. ff. de Acceptilat. junctis quae pro ejus explicat. d. in princ. cap. 1. n. 5. Similiter conditionalis creditor ex contractu poterit de non petendo pacisci. argum. in l. Cum sine. 19. ff. Si debitori. 8. Quando dies legator. ubi ei, qui sub conditione debet, liberatio praeterea, id est sensu dicitur esse legatum, et agi statim ex testam. posse, cum liberatio praeterea, id est ut acceptilatio interponatur, per quam existente conditione extinguatur obligatio. l. Quod in diem. 12. de Acceptilat. quoniam si etiam, qui nec pure, nec sub condit. debitor, aut creditor est, in casum quo scilicet obligatio, poterit pacisci, ut praeter elegans exemplum deductum ex t. in d. l. 13. ff. de Acceptilat. quem sic noviter illustravi praecedenti cap. num. 6. ex eo etiam constat, quod extraneus haeres institutus aut ab intestato, aut ad haereditatem vocatus, antequam haereditatem adierit, quo tempore nec conditionalium quidem debitor dici poterit cum haereditarij creditoribus, aut legatarij, ne integra debita, aut legata solvere cogatur, recte paciscitur. l. 7. ff. Si ante. 11. hoc tit. l. 3. ff. In quantitate. 13. in fine principij. ad leg. Falcid. l. Qui habebat. 54. ff. de Manumiss. testam. l. Primo gradu. 23. Quae in fraud. creditorum. ff. Quantitas. 2. in fine. Inst. de Leg. Falcid. Quorum omnium ratio in eo est, quod pactum non ad praesens, sed ad futurum tempus refertur, et qui super Iure non diem debito, aut delato paciscitur, non de praesenti remittit, sed hoc dicit, sed et non postea creditor esse coeperit non petitorium, in quo pactum a repudiatione distat, quae quia praesentem continet remissionem, solum circa Ius delatum versatur, ita ut non aliud possit repudiari, quam quod de praesenti competit, et quod acquirit, et exigi eo tempore poterit; quapropter nec haeres institutus pendente conditione haereditatem poterit repudiare. l. Si qui. 13. cum alij. de Acquir. haeredit. nec legatum ex certo die, aut sub condit. relicto ante diem venientem, aut conditionem existentem recte repudiatur. l. Si ita scriptum. 45. ff. de leg. 2. juncta l. Sempronius. 26. de Vusu. leg. Nec etiam pure relicto legatum ante aditam haereditatem poterit repudiari. arg. in l. Julianus. 10. de leg. 1. l. Optione. 16. de Optione leg. in d. l. 13. ff. Quod aut. 11. Quod legator juncto Goffredo in l. 55. fundum. 8. de Test. ex. num. 5. et in l. 3. de Servitute leg. n. 3. Accedit etiam quod repudiatio, utpote quae unius voluntate perficitur, non ita facile Ius resolvit ac pactum, quod duorum, plurimumque consensum requirit. Quam differentiam rationem inter pactum et repudiationem tradunt Cusac. in d. l. 1. Cod. h. tit. Anton. Faber lib. 18. Conject. cap. 4. Cora lib. 1. Select. cap. 20. Onuald. lib. 8. Comm. cap. 18. lit. f.



N. 10.

et d. lib. 22. cap. 1. lit. M. Larráregui lib. 5. Select. cap. 2. num. 10 =

Huius tamen obviare Vide-  
 tur Paulus lib. 4. Sent. tit. 1. §. Rogari. 12. ubi si duo sibi invicem per fideicommissum fuerint  
 substituti sub conditione, si sine liberis decederint, pacto effici non potest, quominus al-  
 tero sine liberis decedente superveit hereditas reficiatur. contra et ind. l. 1. et 16. Cod. h.  
 tit. et ind. l. 11. C. de Transact. Nec audiendus Cusac. inter Jus ordinariuz, et Impera-  
 torum Constitutiones dixerimen constituens, cum etiam secundum Iuris communis regulas  
 conditionalis fideicommissi spes per pactum possit remitti, quin Imperialibus Constitutio-  
 nibus ad id opus sit ex dicti num. anteced. Nec magis ferendus Anton. Faber, qui in  
 Rationali ad tom. in l. 1. de Transact. de gratuito pacto Paulum intelligit, conditio-  
 nalis fideicommissi spes remitti contendit; quia pactum destruat voluntatem testatoris,  
 quam ex contrario transactio presupponit; hoc quippe inter gratuitum pactum, et tran-  
 sactionem differentia ex eo convincitur, quod licet de quibusdam rebus gratuito pacti li-  
 ceat, de quibus transigere non licet. V. g. de re iudicata, aut iurejurando decisa transigere  
 non licet. l. Eleganter. 23. §. 1. de Condict. indeb. l. Si causa. 32. C. de Transaction. Paulus  
 lib. 4. Sentent. tit. 1. §. 1. Vlt. Vinn. de Transact. cap. 1. num. 5. cum 4. seqq. Pacti tamen de  
 donationis causa permittitur. d. l. 7. §. Si pacti. 13. h. tit. Paulus d. §. Vlt. arg. epi. in  
 l. Si ex pluribus. 16. §. 1. de Acceptilat. et ind. l. 32. C. de Transact. et quamvis de Contro-  
 versis, quae ex testam. oriuntur, non aliter quam inspectis cogniti verbis testamenti  
 possit transigi. l. 6. de Transaction. gratuita tamen pactio etiam ante tabularum ins-  
 pectionem facta subicit, ut fundat Vinn. de Pactis. cap. 18. n. 2. et de Transact. cap. 5.  
 num. 10. et licet de alimentis testam. relicta transigere inconsulto Praetore non liceat.  
 l. 8. de Transact. gratuito tamen pacti donationis causa non prohibetur, ut cum plu-  
 ribus tenet Vinn. de Pactis d. cap. 18. num. 8. et de transact. cap. 6. n. 21. qui non satis  
 explicat tom. in d. l. 8. §. Si unum. 15. ubi quod dicitur pignus ad alimentorum securi-  
 tatem testam. datum non posse inconsulto Praetore liberari, de liberatione ex causa  
 transactionis facta potius acciperem, quam de gratuito pacto, per quod cum alimen-  
 ta etiam ipsa possunt circa Praetoris auctoritatem remitti, et pignus eo nomine  
 datum magis poterit liberari; De his tamen omnibus, de quibus licet transigere,  
 etiam gratuito pacti permittitur, ut generaliter Paulus definit. d. lib. 4. Sentent. tit. 1.  
 in prio: ergo conditionalis fideicommissi spes, quae per transactionem permittitur, per  
 gratuitum etiam pactum Iure remittitur, nec per gratuitam pactionem magis quam  
 per transactionem testatoris voluntas evertitur, quae non impedit, ut fideicommissarius  
 privatam suam utilitatem possit remittere. Nec contrarium probat supra expensis  
 Pauli locus, qui non generaliter conditionalis fideicommissi spes per pactum remitti non  
 posse asseverat, sed ita demum si pactum testatoris voluntatem offendat, quod contingit, ubi  
 duobus sibi invicem hereditatem restituere rogatum sub condit. si sine liberis decederint,  
 tertius aliquis per fideicommissum substituitur sub condit. si uterque sine liberis diem  
 suum obierit, quo casu cum abierit sine liberis decedente tertius admittatur. l. Ma-  
 rede. 57. §. 1. ad Trebell. juncto ibi Cusacio ad Pandect. pactum sive liberalitatis, sive tran-  
 sactionis causa interpositum tanquam testatoris voluntatem evertens, et textus pra-  
 judicium inferens inefficax est. argum. tom. in d. l. 41. §. Sejum. 12. de leg. 3. sic fere Sar-  
 tom. de Pactis. cap. 3. §. 2. n. 29 =

N. 11.

Diximus, eum, qui nec puer, nec sub conditione debitor,  
 aut creditor est, in eorum existentium obligationum pactum de non petendo pacti, circa  
 quam rem elegans est tom. ind. l. 7. §. Sed si servus. 18. hoc tit. Quaeitur, Vtrum servus  
 sub condit. liber, et haeres scriptus cum creditoribus hereditariis, aut legatariis de par-  
 te sibi remittenda pendente conditione possit pacti? Et respondet Vlp. suum heredem,  
 et servum necessarium pure scripto etiam antequam se immisceant, recte pacti; quippe  
 cum extraneum haeres etiam ante additam hereditatem possit pacti, fortiori ratione  
 sui, et necessarii haeres, qui ipso Iure etiam invitatus, et ignorantes haeres existunt, po-  
 terunt ante immixtionem pacti. servum autem sub condit. liberum, et haeredem scriptum



ea pendente n̄. Recte pacisci; quia non prodere solet posse libertatem, quod in servitute fuit. Argum. tōi. in l. C. An seruo ex suo facto, junctis qua congerit Rerum sub libro. 3. Opusc. ad notas Claud. in l. Aurelii. 28. §. Stich. de Liber. leg. quod de pacti excepte, quam etiam post libertatem pactum in servitute conceptum n̄. producit, intelligendum Vlp. animadvertit, Et quaeritur, an post libertatem exceptio doli subsidiaria saltem competat, quae saepe deficiente pacti exceptione conceditur. d. l. to. §. Vlt. h. tit. Ut respondeat, prius similes quaedam decidit species; Si filiusfam. ab extraneo haeres in iuribus jacente hereditate pactus fuerit cum creditoribus hereditariis, et mox emancipatus adierit hereditatem, pacti quidem exceptionem nec sibi acquirat, quia paciscendi tempore in sacris paternis exstitit, nec Patris, qui cum hereditariis n̄. acquirunt, nec hereditariis creditoribus sit obstrictus, pacti exceptionem habere non potest; ex aequitate tamen doli exceptio filio accommodatur, quia dolo faciunt creditores, dum in solidum eum conveniunt, cum quo de parte n̄. petenda convenerunt, ut ab argum. probant tōi. in l. 12. §. Si filio. 6. Mandati. l. Quidam 46. de hered. in iur. l. Quidam 132. §. de V. O. l. Si debitori. 47. §. de fidejussor. in quibus videndus Cusac. Similiter si filiusfamil. vivo Patre cum creditoribus paternis de parte debiti sibi post mortem Patris remittenda pactus sit, pacti exceptionem n̄. acquirat, imo omni iure inutile pactum est, praeterquam quidem, q. filiusfamil. sicuti post mortem Patris sibi dari n̄. nisi inutiliter stipulabatur. §. Post mortem. 13. Inst. de Inutilib. ad differentiam legari, quod filiusfamil. post mortem Patris recte relinquebatur, l. Si post mortem. 68. in pr. de leg. 1. ne nec de parte debiti sibi post mortem Patris remittenda recte pacisceretur; novo autem iure quamvis stipulationes post mortem conceptae utiles sint ex negotio in Patria potestate gesto filius etiam sui iuris effectum nil directo poterit acquirere, sed tamen quia vivente Patre Dominus quodam modo rerum paternarum censetur. l. In sui. 11. de Liberi, et Posth. Ex aequitate doli exceptione defenditur, aut tueretur =

Quibus exemplis notis Vlp.

N. 12.

concludit, etiam ex pacto ex servitute concepta doli exceptionem post libertatem competere ex ea aequitatis ratione, quod necessarius haeres beneficium separationis, quod a Praetore poterat impetrare. l. 1. §. Vlt. de Separation. propter pacti fiduciam deseruerit, si hereditati immiscuerit, ea spe fraudari n̄. debet, nec pacti beneficio privari, quod creditoribus ipsius utile esse dubium non est; Sed tamen ex huiusmodi pacto post libertatem pacti exceptionem oriri videtur; servus namque hereditarius ne ab hereditate, aut futuro haerede petatur, recte paciscitur, ut ex d. l. 22. §. Vlt. h. tit. dicebam num. 3. Sed servus sub condit. liber, et haeres scriptus, dum pendet conditio, hereditarius est; quoties enim sui, aut necessarij haeres sub condicione intervenerunt, interim datur hereditas jacens, ut cum iudicio docet Santolaxia interpret. 11. num. 6. cum seq. Ergo servus pendente libertate, et hereditatis condicione paciscens confestim pacti exceptionem acquirat hereditati, et sibi postea haerede existente post existentiam conditionis. Verum subtiliter Iulius Paulus in d. l. 7. §. 18. Respondet, quod dicitur hereditarius servum pacti exceptionem hereditati acquirere ita procedere, si aut hereditati, aut futuro haeredi sub appellativo nomine paciscatur, n̄. si nominatim. d. l. 22. §. Vlt. at in praesenti servum hereditarium sibi tantquam futuro haeredi nominatim, et sic inutiliter pactum fuisse, idque ex eo constare, q. ubi servus hereditarius hereditati, aut futuro haeredi sub nomine appellativo paciscitur, exceptionem statim hereditati acquirat, quae in quacumque hereditate postea advenientem transferatur; ubi autem servus pendente libertate, et hereditatis condicione cum hereditariis creditoribus, aut legatariis de parte sibi remittenda paciscitur, nec hereditati, quae per huiusmodi pactum, nec uberior redditur, nec exoneratur. d. l. 35. ad leg. Falcid. juncto Valeron de Transaction. tit. 5. quaest. 5. per totam, nec cujuscumque haeredi, sed sibi tantum, si haeres exstiterit, convulsa intendat, quae rei pacti quidem exceptio nem submovent, doli tamen subsidiariae exceptionem aequitate suggerente n̄. excludit =

UVA. Non tamen quae libet materia habilis

N. 13.



ad pacificandum est; pacta etenim, quae Leges, Senatusconsultum, aut Principum constitutiones offendunt, vel bonis moribus adversantur, inutilia prorsus esse Praetori Edicti Verbu nominatim cautum est. d. l. 1. §. 1. Ait Praetor. 2. hoc tit. Paulus dicit. lib. 1. Sent. tit. 1. §. 1. Nec contra leges. 3. l. 6. C. h. tit. l. unica. §. 1. C. de Rei Vxor. act. l. 1. Consensu. 8. §. 1. C. de Repudiij. et pacta dumtaxat iura servanda consistunt in l. 52. §. 1. Pactum. 2. hoc tit. d. l. 95. §. 4. de Solutione. Hinc super re privata, et familiarium conceptum pactum utile est; super publico autem Iure pacisci non licet. l. 1. §. 1. Si paciscas. 14. et §. Et generaliter. 16. l. 1. Ius publicum. 38. l. 1. Inter debitorum. 42. hoc tit. l. 1. Praetor. C. de Religione. l. 1. §. 1. Si inter. 9. de Magistrat. conven. l. 2. §. 1. Ius. 8. de Administrat. Ver. ad Civit. pertin. l. 2. §. 1. Sed et quia. 4. C. de Iurejur. propter calumniam. Hoc ipsum sentit Paulus in l. 27. §. 1. Pacta. 4. hoc tit. (quem locum frustra Cusac. emmendavit lib. 1. Observ. cap. 24.) dum ait pactum conventum, siquidem a re privata sit remotum, non esse servandum, ubi per pactum a re privata remotum intelligi debet pactum super publico Iure factum. Cujus regula ut elegantiora exempla subeam, consistit pactum, quo haeres super re adhuc testatore legatarium falcidiam a se non deducendam pollicetur, inutile esse. l. Quod de bonis. 15. §. 1. ad leg. Falcid. post mortem vero testatoris haeres de Falcidia non detrahenda potest pacisci. l. Qui quod. 46. l. 1. Porcit. 1. eod. tit. l. Si paronum. 20. §. 1. de Donatione. l. 1. §. 1. C. ad legem Falcid. Discriminis ratio non est, quam tradit Vinn. de Pactis. cap. 18. n. 4. qua illico convincitur ex supradictis num. 9. Sed in eo est, quod pactum de non deducenda Falcidia vivo testatore factum Iure publico refragatur, et eo tendit, ut legi Falcidia vim, et potestatem impediatur; post mortem autem testatoris subintrat, quia super privata Iure concipitur eo tempore, quo locum habere lex Falcidia coepit, qua non id agit, ut haeres praecise quartam deducat, sed ut possit deducere, tenent Cusac. lib. 13. Respons. Papin. in d. l. 15. §. 1. et Anton. Faber in Rationali ad d. l. 38. h. tit. Quae doctrina etiam hodierno Iure procedit secundum quod licet testator falcidiam detractionem possit impedire. Novella. 1. cap. 2. haeres tamen cui eadem facultas permittitur non est, vivente adhuc testatore inutiliter de falcidia non deducenda paciscitur, ut tenent Blochom. et Aret. Faber in l. Pactum. 46. hoc tit. Vinn. d. cap. 18. num. 3. et 4. quidquid contrarium permutare nitatur Cusac. in d. l. 46. Cui assensum videtur Donell. lib. 8. Comment. cap. 27. et ibi Omuad. l. 1. §. 1. moti ex d. l. 46. ubi ex eo quod ex constitutione Divi Marci licet testator legatariorum satisfactionem prohibere in l. Arit. 11. §. 1. C. de Cond. et Dem. l. 2. §. 1. et 2. Cod. Ut in possen. legator. inferit Traiphoninus, pactum inter haeredem, et legatarium factum de non exigenda cautione validum esse advertere enim Consultum loqui de pacto post mortem testatoris interposito, per quod cautionis exactio ad ius falcidiae Iure remittitur.

N. 14.

Rursum quamvis per pactum effici non possit, ut fructuarius, aut quasi usufructuarius cautionem praestare non teneatur. Argum. tot. in l. 8. de Usu. l. 6. Ut in possen. legator. l. 1. C. de Usu. d. l. 7. C. Ut in possen. legat. Cautio tamen usus, aut exercitius per pactum potest remitti, ut indicat tot. in l. Si cuius. 13. in prin. de Usu. l. 5. §. 1. l. 7. de Usu. ear. rer. l. 3. §. 1. C. de Usu. quemadm. cas. Paul. lib. 3. Sentent. tit. 6. §. 1. Usufructus. 26. et late fundat Galban. de Usu. cap. 20. num. 6. cum 2. seqq. quia licet effici per pactum non possit, quomodo Ius aliquod ex publica auctoritate descendens alicui competat, ejus semel competenti usus utiliter per pactum remittitur, aut recusat iura illud Ciceroni dicitur. 3. in Verrem: Quod mihi lex in ea causa dat, eo mihi non uti non licebit. Idem de muliere dicendum est, cui nec Vellejani exceptio sibi competens deficere per pactum potest remittere. Argum. tot. in l. Quidam. 29. §. 1. C. de Vellejanis. Semel tamen sibi competens exceptio per pactum potest remittere. l. 1. §. 1. penult. eod. tit. docet omnino videndum Galban. d. cap. 20. num. 10. qui hoc ipsum, et merito tenet circa exceptionem Macedoniam, et remedium in integrum restitutionis in l. Si Iudex. 41. de Minorib. Contrarium autem servatur in exceptione in id, quod facere potest, quae quamvis per pactum possit acquiri. l. Si quis. 49. hoc tit. Si tamen Reverentia causa competat, per pactum non Iure remittitur. l. Alia. 14. §. 1. Solutio maxim. argum. tot. in d. l. 20. in prin. de Donatione. de qua re consulendi sunt tot. in l. Quamvis. 11. de In Jus Vocando. l. Eum qui. 30. §. 1. Si mulier. 2. de Iurejur. l. Unica. §. 1. Cum autem. 7. C. de Rei Vxor. act. Extenue cum d. l. 14. §. 1. conciliant Ramos in Manuscript. ad l. autem qui. 16. de Re Judic. n. 16. et D.



Gonzalez in cap. 3. de Solution. num. 18. cum 2. seqq. Ex eadem ratione si constanter matrimonium conve-  
nerit, ne omnino velut longiori tempore dos reddatur, inutile pactum est tanquam publicam  
utilitatem, quam de dote actio continet, offendens. l. 2. l. Si pater. 12. S. l. De die. 14. cum 4. seqq.  
de Pactu dotalib. Solvens autem matrimon. quo tempore exigenda dote competat facultas, de ren-  
orem per pactum dote conditionem fieri nil verat. d. l. 18. tot. sic intelligi. in l. 21. S. 3. h. tit. Cu-  
jac. lib. 35. Pauli ad Edict. in d. l. 14. S. 1. de Pactu dotalibus.

Nº 15

Pactum etiam de non succedendo, de  
cujus successione tractatur, tanquam interpositum super Jure privato, vel jam delato, vel quod spes  
delatum in validum est. d. l. 1. et 16. C. hoc tit. d. l. 11. C. de Transact. Vivo autem Patre fam. de  
cujus successione agitur, inutile est. l. 1. de Suis, et legitim. l. 3. C. de Collation. ad instar repu-  
diationis. l. Qui superstitis. 19. de Acquir. hered. non quia certi sint modi acquirenda, aut  
committenda hereditarij, inter quos pactum non recenietur, argum. tot. in l. 5. C. de Pactu conven-  
tis, prout fatio sentiunt Galban. d. cap. Co. num. 7. et Vinn. de Pactu. cap. 19. num. 13. Nam certi eti-  
am contrahendi, aut dirimendi obligationes modi in Jure sunt constituta, inter quos pactum  
non enumeratur. l. 44. S. 1. de Oblig. et act. per quod exceptioni auxilio obligationem infirmari  
non ambigitur, sed potius ut docet Faber de Exorib. Pragmat. decad. 12. error. 4. q. quominus  
lex deferat, aut deferre possit hereditatem, quod publici Juri est, fieri per pactum non potest.  
Semel vero delata, aut qua deferri possit hereditarij acquiratio, in qua privatum duntaxat  
emolumentum versatur, utiliter per pactum remittitur. Hinc filius vivo adhuc Patre de inoffici-  
oni querella adversus ejus tertiam non exercenda non recte paciscitur. Paulus lib. 4. Sentent. tit. 5.  
S. Pactio. l. Si quando. 35. h. tit. C. de Inoffic. tertam. post ejus autem obitum sive transactionis,  
sive liberationis causa inofficiori querela pro pacti Jure remittitur. d. l. 52. S. 1. h. tit. l. Qui  
repudiant. 17. cum alijs. l. 1. S. Sed si. 8. Siquid in fraudem Patroni. l. 6. C. de Transact. l. Si q.  
34. et l. 35. S. 1. et 2. de Inoffic. Retes in adversarij. de Inoffic. cap. 22. Similiter et Patronus, qui  
post mortem liberij potest de non succedendo pacisci. argum. tot. in l. 4. de adign. libert. et  
adhuc superstiti debitam sibi ex ejus boni portionem per pactum non remitti. l. Paulus. 4. S. 2.  
de Boni libert. Si vero Juri patronatus remissus, utilis remissio est, et vi ipsa etiam succedendi  
Jus remissum intelligitur. l. 3. C. eod. tit. quia tunc super privato Jure patronatus, quod ip-  
sui est proprium, paciscitur, quo remissio nil prohibet successioni etiam Juri ex eo dependenti per  
consequencias remissum censei, ut observant Cusac. lib. 8. observ. cap. 32. et Arias de Mena  
lib. 3. Variar. cap. 3. ex num. 9. Nec tunc obstant Vulgari tot. in l. Cum quo. 56. S. 1. h. tit. ad  
leg. Palerid. l. 1. S. Si parenti. 3. Siqui a Parente fuerit. l. 35. Sed et in de Boni libert. quos optime  
Exponit Faber decad. 14. error. 5. num. 6. Et circa plures questiones in terminis pacti de  
non succedendo, quas ad nos non pertinent, videndi plures, quos congerit Orwald. lib. 12.  
Comment. cap. 21. lit. f.

Nº 16

Ex eadem ratione pactum de non agendo ex causa furti jam  
facti, aut injuria jam admitta utile est. l. 2. S. 1. in fine. l. 17. S. 1. l. 27. S. 1. h. tit. l. Non  
solum. 11. S. 1. de Injurij. cum similib. tanquam factum super Jure privato, furti scilicet,  
aut injuriarum actione jam acquirita, in cuius remissione nulla vertitur turpitudine,  
sed sola commiseratio, et liberalitas ejus, qui furtum, aut injuriam passus est, ut ratiocinatur  
Orwald. d. lib. 16. cap. 6. lit. B. de futuro autem furto, aut de committenda injuria pacisci,  
vel non, licet. d. l. 7. S. 4. l. 5. in prio et S. 1. de Pactu dotalib. Hujusmodi namque pactum Jus  
publicum laedit, turpemque causam continet, quatenus spem impunitati pollicetur, et pu-  
blicam coactionem submovent, quam timere Reipub. interest, ut improbat, si non premi-  
orum spes, poenarum saltem metu a maleficij perpetrandi deterreat. l. Si a Reo. 70. S. 1. de  
fidejussor. inde etiam semel committum dolum per pactum posse remitti certum est. l. 4. et  
penult. C. de Transaction. de futuro autem dolo pacisci non licere aequè exploratum est.  
d. l. 27. S. 1. Illud. 3. hoc tit. l. In commo dato. 17. Commodati. l. 1. S. Illud. 7. Depositi. l. Contra-  
tu. 23. de Reg. Jur. argum. tot. in l. 5. S. Julianus. 7. de administ. tutor. cum similib. et cum  
pluribus tradunt D. Gonzalez in cap. Quemadmodum. 5. Illud. de Injurij. et Valeron de Tran-  
saction. tit. 3. quaz. 5. ex n. 62. et tit. 6. quaz. 2. num. 11. Neque obstat, quod cum depositi  
actio dolum duntaxat vindicet. l. 14. S. 1. autem 3. de furtu cum Vulg. pactum ne depo-  
siti agatur circa futurum dolum necessario concipitur, et tamen subrepto. d. l. 27. S. 3. h.  
tit. Pluribus etenim solutionibus omnium, quas refellere demore supercedeo libens subscri-  
bens D. Sanzo de Pactu d. cap. 3. S. 2. n. 2. ex mente Julij Pacij, asserenti in d. S. 3. principa-  
liter depositi actionem jam acquiritam per pactum remitti, et vi ipsa depositi actione quo-  
ad effectum sublata etiam doli persecutionez per consequencias sublata intelligi. Quam



solutionem egregie confirmari existimo ex d. l. 3. C. de Bonis libert. quam anteriori num.  
explicui, et hinc praxerea intelligo tam in l. 8. §. Vlt. de Libertat. leg. Nec magis obicit, quod  
liberatione a reddendis rationibus relicta praxerit doli remissio n. intelligatur. d. l. 8. §. pen.  
l. 9. §. Auxilio. Co. S. de Libertat. leg. Hoc enim non ideo procedit, quod doli jam commissus  
remitti a testatore n. possit, sed ex defectu voluntatis testatoris, ut docent Santol. interpret. l.  
et Laxiateg. lib. 2. Select. cap. 6. num. 2. quemadmodum et furti jam commissi actio, quae per  
pactum potest remitti in l. Tres fratres. 35. h. tit. Remissa non intelligitur, quia fratres in  
ejus serie non de furti, sed de communiione pacisci Voluerunt, ut ibi explicat Cusac. ad  
Pandectas =

Ex his difficillimus redditur Paulus lib. 1. Sentent. cap. Sentent. 19. §. tibi: Ex his  
causis, quae inficiatione duplicantur, pacto decidi non potest; nam cum de furti actione licet  
pacisci, cui etiam de hi actionibus, quae cum no origine in simplex competunt, ex accidenti  
secuta scilicet inficiatur duplicantur, pacisci n. licebit. Deinde iudicati actionez per inficiati-  
onem duplicari competunt et. l. 30. famul. 22. cum alijs, juncto Laxiateg. lib. 2. Selectar.  
cap. 3. num. 5. et ipse Paulus agnoscat d. cap. 19. in prio. super qua pacisci permitti, ut constat ex  
d. l. 7. §. 13. hoc tit. et ex eodem Paulo d. lib. 1. tit. 1. §. Vlt. et in l. In duobus. 28. §. Igitur. 8. de  
Iurejur. Ex causa etiam legati per damnationez relicti hoc Iure indistincte licet per inficia-  
tionem in duplum crecebat. Paulus d. tit. 19. in prio. §. Vlt. In tit. de Oblig. quae ex qua con-  
tract. nasc. tri. sic intelligi. in l. 25. Si incerto. 12. famul. 22. cum alijs. l. Alienis. 6. ad leg. Falci-  
et tamen super eo pacisci permitti innuitur in l. Si cum. 5. §. 4. hoc tit. Similiter et  
legi Aquiliae actio per inficiationez duplicatur. Paulus d. tit. 19. in prio. l. 2. §. 4. cum alijs  
pluribus ad leg. Aquil. Suarez de Mendoza lib. 3. ad leg. Aquil. cap. 4. cum duobus seqq.  
Ex cuius causa posse pactum interponi colligitur ex d. l. 7. §. 13. hoc tit. ubi efficax est  
pactum ne incensarum Edium agatur, quo nomine etiam legi Aquiliae competit ac-  
tio. l. Si servus. 11. §. Si quis. 8. ad leg. Aquil. Mendoza ad legem Aquil. in apparatu cap. 2.  
num. 30. cum seqq. Hoc ipsum constat ex l. 7. §. 1. Commodati, et ex ipso Paulo in d. l. 28. §.  
Colonus. juncta generali Regula tri. in l. Tutor. 35. §. 1. de Iurejur. et elegans, nec ad rem  
animadvertit est locus Ciceroni in orat. pro Roscio, ibi: Iudicio damna injuria consti-  
tuto tu sine me cum Flavio decidisti; et tandem cum in omnibus causis, quae adversus  
inficiantes exercent, in duplum iusjurandum pro pacto convento cedere solet, posse deferri  
author n. Paulus in l. Cum quis. 30. in prio. de Iurejur. minor sane, quod ex ejusde  
pacto decidi n. posse avertat. Non me laet, huiusmodi actiones in eo proprium, et ipse  
civalem indolem sortiri, quod ex eorum causa per errorem salutum repeti n. poter. d. §. Vlt.  
In tit. de Obligat. quae ex qua contract. nasc. sed id genuinaz habet rationem, quam  
late cum pluribus exagitat noxer D. Didacus de Becerra in extemporanea pralect.  
ad d. §. Vlt. ad hoc autem ut ex eisdem causis pacisci n. liceat, nec efficax, nec ap-  
parentem rationem invenio =

Nec admittendus Cusac. ad Paulum, qui ejus sententiaz  
de pacto transactionis causa interposito accipit, quod in huiusmodi actionibus locum  
habere non posse sibi persuadere contendit, aut fatetur Teu, et quia pro iudicatis ha-  
beris, transigere non potest. Paulus d. lib. 1. §. Vlt. aut inficiatus, et ex eo, quod Velit tran-  
sigere, pro inficiatore convicto habetur, et inficiationis poenam subtrahet; Nam et si  
fateat super re iudicata transigere non licere, id non ex eo provenit, quod ex ea causa  
licet per inficiationem creceat in duplum, sed ex eo, quod super lite dumtaxat dubia,  
et incerta debet interponi transactio. l. 1. de Transaction. Valeron de Transaction. lib. 2.  
tit. 2. quae r. 4. cum 4. seqq. Et quamvis Teu semel inficiatus postea transigere Volens pro  
inficiatore condito haberetur, non ideo inficiationis poenam transactione secuta subtri-  
nere, imo per transactionez inficiationis poena remissa censeretur. Vltimus, si etiam, qui  
sic pro furti transigere Vult, furtum se fecisse fateatur. l. 6. §. Pactu. 3. de hi qui noc. infam.  
Et tamen post transactionez furti poenam n. subtrahet. l. Si quis. 52. §. Si servus. 26. de  
furti. cum similib. ergo quamvis Teu semel inficiatus ex eo, quod Velit transigere, pro  
inficiatore convento habeatur, posse transactionez n. debet inficiationis poenam servare.  
Tandem iusjurandum speciem transactionis esse dixit Paulus lib. 18. ad Edict. in l. 2. de  
Iurejur. et sub eadem inscript. in d. l. 30. eod. tit. Ex his actionibus, quae per inficiationem  
crecent, in duplum iusjurandum retulit deferri affirmavit: sensit ergo dubio procul  
Super



Super eis tam transactionis, quam liberalitatis causa pacisci licebit. In re igitur difficilissima, in qua dicere potius vellem, quam docere ex praesertim principij Paulum d. lib. i. tit. 19. S. 1. intelligi debere contendo: q. describitur ex hu. causis, quae infirmitate duplantur, pacto decideri non posse, non sic accipiendum, quasi super hujusmodi actionibus pacisci non liceat, et contrarium tam ex Iuri ratione, quam ex ipso Paulo constat, ut jam vidimus, sed potius quasi dicat, quod licet actio ipsa jam acquisita sive ante, et post infirmitatem per pactum possit remitti, quia in ejus remissione non Ius publicum laeditur, sed privatum dumtaxat emolumentum versatur, fieri tamen per pactum non potest, quominus hujusmodi actiones per infirmitatem duplentur, ita ut si ante litem contestationem conveniret, ut et n. x. infirmitatis postea fuerit in simplum dumtaxat, non etiam in duplum condemnentur, inutile pactum sit, tanquam Ius publicum offendens, quo cautum est, ut in hu. causis lites per infirmitatem crecent in duplum, et publicam coactionem impediens. Argum. tot. in d. l. 5. in prio. et S. 1. de Pactu dotalib. cum alijs adductis num. 16 =

N. 19.

Quod diximus super privati furti, aut injuria delictis pacisci licere, ita procedit, si civiliter agatur, nam si criminaliter, prout potest. l. 1. de furti. l. 1. de Injuris, inutile pactum est, et deservens ratione pacti accusatur, et si poenam Turpillianam S. Cr. n. subitineat, Iudicij officio coactionis. l. Si quis. d. S. 1. ad Turpill. nec enim per pactum publica coactio debet impediri. Vinnius de Transaction. cap. 2. n. 29. quomobrem super publicis criminibus non magis gratuitum quam transactionis causa pacisci permittitur. l. Transigere. 18. C. de Transactionib. l. Si quidem. 9. C. de Contrah. et Committ. stipulat. eo effectu ut si quidem ante litem contestatam aliquis pactus sit, quamvis non ideo in Turpillianam poenam incidat, quoniam destitit videri non potest, qui non accusavit. l. 5. ad Turpill. inutile pacto non obstante accusationem possit inchoare, praeterquam in casu tot. in l. Si maritu. 15. S. Si negare. r. 5. ad leg. Jul. de Adulter. juncto Vinnio d. cap. 2. num. 28. Si vero post litem contestatam accusator paciscatur, Turpillianam poenam experitur. l. 1. in prio. et S. Si quis. 7. ad Turpill. l. 2. C. eodem tit. Reperere tamen accusationem non potest, non quia pactum valeat, sed quia semel deservens indignum se accusatione reddidit. l. 5. de Praevicatione. l. 2. ad Turpill. l. 3. C. eod. tit. l. 6. C. de hu. qui accusare non possunt. Nec restantur tot. in l. 1. S. Sed et n. 3. de Calumniatorib. et in l. 2. ad Syllaniam. quos explicant Vinn. d. cap. 2. num. 22. et Valeron eod. tract. n. 3. quae r. 5. num. 31. cum 3. seqq. Verum autem super falsi crimine liceat pacisci, summe controversa res est propter ambiguitatem sane verba tot. in d. l. 18. C. de Transact. negat cum pluribus Vinn. d. cap. 2. ep. n. 30. Cujus sententia, quam in puncto Iuri veridicem existimo, non obicere probata ex l. 15. C. de Accusationem. l. 4. l. Lucius. 1. ad Turpill. Nec infringitur ex l. penult. Cod. de Transact. l. 2. C. de hu. quib. ut indign. l. 7. C. ad leg. Cornel. de falsi, quae Iura optime Vinnius exposuit. Affirmat ex contrario cum alijs Valeron d. tit. 3. quae r. 5. ep. n. 31. Cujus sententia, utpote quae Regio nostro Iure expresse stabilita in l. 22. tit. 1. part. 2. in judicando, et consulendo recidendum non est =

N. 20.

Ab hac tamen regula, quae super publicis delictis verat pacisci, ea excipiuntur, quae sane capitalia qualia solum in praesenti dicuntur, quae sanguinis poenam ingerunt, super quibus pacisci licere misericordiae intuitu concessum est. l. 1. de Procurator. l. 1. de Bonis eor. qui ante sententiam sibi conciv. d. l. 18. C. de Transact. ita ut nec seus quamvis transigerit, pro confesso, et convicto habeatur. d. l. 1. nec accusator ex eo, quod accusationem deseruit, ullam poenam patitur, tanquam Iure publico permittente deservens. Ex regula tot. in l. Deservit. 13. S. 1. ad Turpill. nec diversam semel accusationem possit reperere, quamvis non ideo praevicium fiat publicae coactioni, quae per privatam pacitionem non impeditur, cum publicorum criminum accusatio cuius a pupillo patet. S. 1. Instr. de Public. judic. imo et accusatore deficiente possit Magistratus ex officio in crimen inquirere, et in convicto animadvertere. Argum. ep. in l. Congrua. 13.



de Officio Praed. tradunt Vinn. de Pactis. d. cap. 7. ex num. 3. Valeron d. tit. 3. quest. 5. ex n. 3. Ex  
huius principijs parum conspecte imperito Interpreti exiitimar tribuendum Anton. Faber in  
Ration. ad tom. in d. l. 27. § 4. hoc tit. quod ibi dicitur, ne interdicto Unde vi agatur, qua-  
tenus publicam causam contingit inutiliter pacisci; Nam, praeterquamq. haec sententia ac-  
cipi potest iuxta Iulium Pacium de pacto ante vim comminaz interposito, quod publicum  
Ius offendere, et inutile esse constat ex dicti num. 16. Certum etiam est, ut insinuat  
Cusac. quod si vis publica commissa sit per pactam de interdicto Unde vi non exercen-  
do criminalis accusatio remitti non potest; quia cum huiusmodi crimen non sanguinis,  
sed deportationis poena plectatur. l. 10. § 1. ad leg. Iul. de Vi public. § Item lex Julia. § In-  
tit. de Public. judic. quamcumque pactionem excludit ex regula tom. in d. l. 18. C. de Transact.  
Super adulterio autem, quamvis sanguinis poena mulctetur, pactione omni sive prae-  
ta, sive ex transactionis causa prohibetur. d. l. 18. C. de Transact. l. Discrimine. § C.  
ad leg. Iul. de adulter. Vel ex ratione, quam tradit Cusac. in d. l. 10. Vel propter criminis  
frequentiaz, et gravitatez, ut alij censuerunt; Quod observatur, si extraneus accuset,  
aut maritus non Iure mariti, sed extranei iuxta Universalem tom. in l. 6. C. eod. tit.  
at si maritus accuset citra maritum, non tantum ante litem contestataz iuxta tom. in  
l. Si vox. § 13. § penult. et § 15. § 5. eod. tit. ut falsio existiimant Perus Barb.  
in l. 2. in prin. Solutio maritum. § 1. p. a num. 104. et Vinn. d. cap. 7. n. 18. sed et post li-  
ti contestationem propria iniuria vindictaz remittere praevis potest. l. Quarta. § 4.  
in fine. ad legem Iul. de adulter. quoniam Turpilliani poenam patiatur, a qua sunt immu-  
nes, qui sine metu calumnijs accusant. l. Auxilium. § 3. § 1. de Minorib. iuncto Cusacio  
in d. l. 6. C. ad leg. Iul. de adulter. pretio autem accepto turpiter paciscitur, cum Venales  
reddat honores, et ejus convenientia Senocinj similitudinez referat. l. Cui. § 14. in prin.  
l. Mariti. § 29. § 1. Plestia. § 2. eod. tit. sic intelligi in l. Miles. § 1. in prin. eod. tit. et in l. pen.  
C. ad Turpill. iuxta interpretationem Cusacij lib. 15. Verponi. Papin. in l. 4. eod. tit. De-  
nique super raptu crimine licitam olim fuisse pactionem indicant tom. in l. 5. § 1. § 1.  
ad leg. Iul. de Vi public. l. 3. C. Pro quib. caus. serv. pro praem. lib. qua hodie Parenti-  
bus sub deportationis poena ex Iustiniani constitutione interdicta in l. Unica. § 5.  
Poena. § 2. in fine. C. de Rapto Virgin. quidquid dicat Vinn. d. cap. 7. n. 19. melius sentit Va-  
leron d. tit. 3. quest. 5. n. 25.

N. 21.

Alia etiam exempla pactorum, quae quia Ius publicum  
offendunt, sunt inutilia, sicut in l. 4. § 1. Quarta. § 4. Si qui caution. ubi Anton. Faber  
in Ration. et in l. Ius agnationis. § 34. hoc tit. iuncto Fabio in Ration. et Vinnio de  
Pactis cap. 12. n. 2. in quibus quia et facilia sunt, et recte jam exposita, non immoror.  
Illud sane difficile est, quod dicitur in d. l. 5. § 2. de Pactis dotalib. si convenit ne  
ob necessarias impensas ageretur pactum non esse servandum. Cui decisioni rationes  
se primo assignare avertit Minestrosa in academica dissertatione de Impensis in rei  
dotali fact. sect. 2. § 1. n. 16. ex eo, quod cum maritus propter necessarias impensas  
dotali praedium possit retinere, nec eo nomine actionem intendere opus habeat,  
pactum de non agendo fuit extraneum, et ridiculum est, quod et ipse Consultus videtur  
sensisse, dum dicit, ideo pactum servandum non esse, quia tales impensa dorem  
ipso Iure minuunt. Quomodo autem eruditissimo Viro convenientiam, sequentia  
faciunt; Nam primo, cum in pactis, utpote quae ex nudo conventu proficiuntur,  
non Verba haeremus, sed paciscenium mentem attendamus. l. 7. § 1. Pactorum § 8. h. tit.  
Maritus, qui de non agendo propter necessarias impensas paciscitur, de non ferendo  
pactum intelligitur. Secundo quia et si pactum de non agendo retentioni remi-  
ssionez contineret, non ideo inefficax prorsus esset, imo utilem eventum sortiretur, si  
integra dos absque necessariaz impensarum retentione fuisset soluta, quo casu  
cum maritus indebiti conditionem exerceat. l. 5. § 1. Si dos. § 2. de Impens. in rei dotal.  
factis, ponet pacti exceptione submovent. Tertio. Si superior ratio vera esset, petendum  
ne utilis impensa ageretur, validum esset; quia huiusmodi impensa dorem ipso Iure  
non minuunt, sed per actionem exiguntur. l. 7. § 1. eod. tit. quod tamen inutile esse statim  
constabit; Quapropter ultra Interpretes dicendum existiimo, quod cum impensarum







# Caput tertium.

## De Potestate, et effectibus Pacti liberatorij

N. 1.

Liberatorij Pacti potestatem, et effectum exposituus, de perpetuo primum, de temporali postea pacto differere statui. Perpetuum liberatorij Pactum nudam naturalem obligationem ipso Iure tollit. l. 95. §. 4. de Solution. Argum. tōi. in l. 76. de Iurejur. Pactum etenim quemadmodum naturalem obligationem inducit in Veriori sententia quam probant tōi. in l. 5. §. Imperator. 2. de Solution. l. 84. §. 1. de Reg. Iur. Paul. lib. 2. Sentent. tit. 14. in p̄rio. l. 3. C. de Vru. l. Si tibi. 27. C. de Locato, et tueretur Cusac. lib. 28. qua. r. Papin in d. l. 95. §. 4. Duaren. ad titul. de Condict. indebit. cap. 6. et de Oblig. et Act. cap. 7. Donell. lib. 12. Comment. cap. 2. et ibi Ouald. lit. 5. Mendoza lib. 1. de Pactis cap. 4. num. 6. Vinn. in eod. tract. cap. 21. ita ex contrario naturalem obligationem ipso Iure diuolvit. Ex regula tōi. in l. Prout. 80. de Solution. l. 35. de Reg. Iur. Accedit, quod Vinculum æquitarium, quo sola naturalis obligatio subicitur, conventioni æquitate diuolvitur, ut eleganter arebat Papin. in d. l. 95. §. 4. Hinc Dominus nuda voluntate debitum remittere potest, et ipso Iure liberationem præstat. l. 1. §. 1. de Peculio, quia naturalis obligatio, quæ sola inter Dominum, et servum consistit. l. Si quid. 64. de Condict. indebit. l. 10. §. 3. Dm. 3. de Cond. et Dem. nuda voluntate diuolvitur. Obiervat D. Nicolau Fernz de Cas. ad princip. Institut. de Empt. et Vendit. num. 85. Nec obicit tōi. in l. 49. §. 76. de Peculio, qui facile explicatur ex regula tōi. in l. 26. de Donation. juncto Retei de Donation. cap. 6. num. 10. Hæc in terminis nuda naturalis obligationis sine controversia procedunt; Verum autem mixta obligatione interposita per pactum de non petendo naturalis obligatio diuolvatur, et à civili separatur. non æque constat. Et quidem qui cum Giphano ad l. Servi. 14. de Oblig. et act. n. 28. asserunt, nullam esse obligationem civilem, quæ naturalis simul non sit, asserere etiam coguntur, Naturalem obligationem per pactum de non petendo à civili separari n. posse. Hæc tamē opinio, quam ex professo impugnare temporis angustia n. sinunt, mihi persuaderi nunquam potuit, qui pecuniæ Iure civili debita, Iure autem genericum indebita, et sic civili duntaxat obligationis diuertum, et inevitabile testimonium comperio in ignoto ad rem tōi. in l. 47. de Condict. indebit. Ex huius etiam, qui communes, et Veriorem sententiam complectentes civilem duntaxat obligationem abique naturali dari defendunt Antiquiores nonnulli, quos sequitur Bachov. ad Treutler. Volum. 4. dist. 6. et heri. 9. lit. A. tenent per pactum liberatorij naturalem obligationem à civili separari n. posse, ex eo motu, quod eo genere obligatio debet diuolvi, quo fuit contracta d. l. 35. de Reg. Iur. ergo naturalis obligatio, quæ cum civili simul fuit orta, conjunctim etiam diuolvi, nec à civili debet separari. Deinde inseparabilem naturalem obligationem cum civili nexum ex eo conantur adstruere, quod in Iu. Iuris mixta obligatio civilis simpliciter dicitur. l. 21. §. 3. de fidejussor. l. 1. §. 1. de Donation. Expendunt tōi. in §. Præterea. 3. Institut. de Exception. ubi exprime ait Iustinianus, eum, qui pactus est, ne a se pecunia peteretur, nihilominus obligatum manere, ratione præstatæ, quia pacto actio supererit. Tum sic: Si pactum de non petendo ipso Iure naturalem obligationem extingueret, et à civili separaret, efficax actio supererere n. posset: Cum ergo efficacem actionem adhuc competere Iustin. affirmeret, Nec naturalem quidem obligationem per pactum extinguere significat.

Num. 2.

Sed tamen hæc non sunt, ut contrariarum, et communiorum sententiam deserere cogant, quam quia Interpretes supponunt magis quam fundant, nunc stabilire opere pretium duxi, ubi mixta obligatio ab initio contracta



9

tur, naturalis ex mutuo consensu, et Iure gentium resultat. l. 1. h. tit. l. 1. de Condit. pecun. d. l. 84. S. 1. de Reg. Iur. Civilis autem ex civili auctoritate proficitur: j. p. nro contractio consensu per pactum de n. petendo n. potest non ipso Iure tolli naturalis obligatio. Prob. Conseq. Obligaciones, quae solo consensu contrahuntur, contrariis consensu dissolvuntur. S. 1. l. 1. quib. mod. Oblig. inferius exponenda: q. naturalis obligatio, quam solus consensus producit, contrariis consensu ipso Iure dissolvitur, et a civili separatur. Et ut praescripta fundamenta in Adversarios retorquamus, nihil tam naturale est quam eo genere quidquid dissolvi, quo colligatum est. d. l. 35. de Reg. Iur. sed naturalis obligatio, etiam ubi cum civili conjuncta producit, ex solo consensu resultat: Ergo per contrarium etiam consensu a civili separatur, naturalem autem obligationem cum civili simul producant ab ea posse separari ex eo convincenter ostendo, quod civilis obligatio a naturali potest separari. Expreimunt t. d. in l. 14. S. 1. de Pignori. l. 1. Vbi. cunque. 60. de fidejussoriis. Ergo et naturalis potest a civili se jungi, nec opus est, utramque simul dissolvi, quamvis simul fuerit producta, cum qui ritariis dominis saepe cum bonitatis simul acquiri contingat, et bonitatis a qui ritariis potest separari nullus haecenus dubitavit. Nec quod mixta obligatio aliquando simpliciter civilis appelletur, inseparabilem nexum arguit, sed ideo fit, q. ubi mixta veritas obligatio, nobilior profecto est civili propter praecipuum effectum actionis, et exceptionis in ipso iudicium Adversarios retorquet. t. d. in d. S. 3. Invenit. de Exception. ubi quod iudicium dicitur Imperator, eum, qui pactus est, ne a se petatur pecunia, obligationem adhuc manere, de civili duntaxat, n. etiam de naturali obligatione accipientium satis indicat, dum sic rationem assignat, quia pacto convento obligationes non omnimodo dissolvuntur, quam sic expono: Ergo aliquatenus dissolvuntur, naturalis scilicet ipso Iure, et civili per exceptionis auxilium. Rursum, et forsitan elegantius sic Justinianus accipio, quasi dixerit pacto convento obligationes non omnino dissolvi, quia non ita dissolvuntur, ut naturalis obligatio per pactum de non petendo sublata per posterius pactum unum, ut naturalis obligatio postea civili non possit. l. 27. S. 2. hoc tit. Nec quod efficax actio competat, probat naturalem obligationem adhuc superesse; efficax enim actio dicitur, quatenus in iudicium recte deducitur non quoad effectum, qui per pacti exceptionem impeditur, ut ipse Justinianus agnovit. Notandum denique sent. <sup>am</sup> probat t. d. in l. 27. S. 6. hoc tit. ubi ita obligatio per pactum dicitur submovetur, quod cum de civili accipi non possit. l. 5. C. eod. tit. necessario de naturali debet exaudiri. Ulterius dum de simplici pacto de non petendo ex causa alterutra obligationis Consultus dixerent, dum totam obligationem respectu uniuscujusque rei in alternativa stipulatione contenta dissolvit: q. naturalis obligatio ipso Iure per pactum dissolvitur, et a civili separatur.

Num. 3.

Hinc quamvis inter certos exstinguenda obligationis modor a Iure civili praescripti. l. Ex stipulatione. 7. C. de Sentent. et Interlocution. pactum n. enumeretur. l. 44. S. 1. de Oblig. et act. ex praetoria tamen Aequitate servatur, et perpetuam, peremptoriamque parit exceptionem, per quam civilis eliditur obligatio. l. 5. S. Si cum nulla. 1. et S. 5. in fine. l. 10. S. 1. et parim hoc tit. l. 3. S. 13. ad exhibend. l. Si filius. 12. S. 1. de Interrog. in Iure faciend. l. 3. de Exceptionib. l. 5. C. de Dolo. cum alijs pluribus, quo sensu intelligendum erit, quod dicitur per pactum tolli obligationem, et ex pacto liberationem contingere in l. Non distinguemus. 32. S. Summa. 3. de Recept. arbitr. et in l. 1. S. 1. in fine. Quae in fraud. creditor. et quod Praetor Edicti Verbi se pacta servaturum profiteretur in l. 7. S. 7. hoc tit. data scilicet exceptione. argum. t. d. in l. 44. S. 1. famul. Excit. juncto Galbano de Vinfuet. cap. 16. num. 13. Nec aliunde fortassis invaluit, ut exceptiones pro pactionibus deferrentur in d. l. 7. S. 6. hoc tit. l. Si quis. 33. de Vinfuet. l. 39. de action. empti, ut Varij Cussacj, et Fabri emmendationibus omnium docuerunt Hothom. lib. 1. obier. cap. 3. Petr. Faber ad l. 154. de Reg. Iur. et lib. 3. Semer. cap. 14. Castro ad princ. Invenit. de Empt. et Vendit. n. 52. Inde etiam exponendum illud Ciceroni lib. 2. de Inventione ante medium Pactum est, quod inter aliquos convenit, quod ita est iustum, ut Iuri praestare dicatur, cui simile est illud Authoru Rheor. lib. 2. Sunt item pacta, quae sine legibus observantur ex conventu, quae



Iuri praxare dicuntur, ideo scilicet pacta Iuri, sive legibus praxare dicuntur, quia etiam  
Iure civili sunt inefficacia, a Praxore tamen per exceptionem servantur, et cum actionem  
Iure civili competentem inefficacem reddant, potentiora, quam ipsa leges videntur, ut inter-  
pretantur Cusac. ad nostrum tit. in p. d. Cobarrub. in Regula Povenor. 2. parte. §. 6. n. 6.  
Briçon. lib. 6. de Solutionib. paulo post principium; quamvis aliter Galbarus d. cap. 16.  
num. 10. Sed obicit, quod pactorum de non petendo fundamenta apud Romanos iacta  
fuerunt in leg. Decem Virali, in quibus ut constat ex Aulo Gellio lib. 11. noct. Attic.  
ita scriptum erat: Rem ubi pagunt ratum esto. Ni pagunt ante meridiam in foro  
aut in comitio causa conciscito, quorum Verborum sensus hic fuisse videtur, ut si fac-  
tum esset pactum de non petendo, lis, et iudicium conquiret, si non minus causa  
in Comitio, aut foro peragretur: 2. pactum de non petendo tanquam a civili Iure  
introducitur tam civilem, quam naturalem obligationem extinguit. Qua difficultate  
Oppreus Galbarus ubi nuper num. 14. liberatorum pactum a Iure civili originem trahi-  
ne faceret; negat tamen civilem obligationem extingui, quia civiles obligationes, quae  
certis modis, non pacto constituntur, per pactum extingui non possunt. Et concludit,  
Decem Viri, ut Iuri regulam custodirent, et aequitate pacti non contemnerent,  
ita huc rei prospexerunt, ut civiles obligationes, quae per pactum directe tolli non pote-  
rant, saltem indirecte, seu per Exceptiones tollerentur.

Num. 1.

Quae Galbari sententia tamen a  
magni nominis Antecessoribus probata, displicet ex seqq. Primo; nam si generaliter  
pactum de non petendo a Iure civili agitur, et introducitur fuerit, frustra leges  
decemvirales de furto, aut iniuria specialiter pacisci permitterent; sed pactum ne furti,  
aut iniuria agatur, duodecim tabularum legibus confirmata specialiter. l. 1. §. Si pacis-  
car. 11. in fine hoc tit. Ergo non omne pactum de non petendo a Iure civili agitur dici  
potest. Secundo, si liberatorum pactum civili Iure fuerit introducitum, necesse  
civilem etiam obligationem, et actionem ipso Iure tolleret, quamvis pactum non sit effi-  
cax ad inducendam civilem obligationem, ut ex eo concludenter dignoscitur, quod  
licet pactum furti, aut iniuriarum actionem inducere nequeat. l. 27. §. 2. Veri non enim  
hoc tit. quia tamen lex 12. tabularum de furto, aut iniuria specialiter pacisci permi-  
sit, pactum ipso Iure furti, aut iniuriarum tollit actionem. l. Si tibi. 17. §. 1. d. l. 27. §. 2.  
Veri. Sed si pactum hoc tit. Nec pro Galbaro dicat aliquis ipsa lege decemvirali id  
nominatum cautum fuisse; Nam contrarium ex ejus Verbi apparet, quae testante Au-  
lo Gellio lib. 10. noct. Atticar. cap. 1. sic se habent: Si membrum ruperit in eum eo  
pagit alio esto, quibus nihil de actione ipso Iure tollenda cavetur, sed pacisci tantum  
permittitur. Tertio denique huiusmodi lex non dispositiva, sed enuntiativa pactum  
permittit; Superior autem praecedenti num. adducta pactum de eo loquens disposi-  
tively confirmat, ubi: Rem ubi pagunt, ratum esto; et tamen pactum enuntiativa dum-  
taxat permittit furti, aut iniuriarum actione ipso Iure tollenda cavetur: ergo si  
superior lex de pacto de non petendo loqueretur, pactum utpote dispositiva ratum ha-  
beret iurum, aut confirmatum fortiori ratione actionem ipso Iure tolleret. Dicendum  
igitur est, pactum de non petendo Iure civili incognitum ex praxoria tantum iuridici-  
tione descendere propter naturalem quam continet aequitatem ad elidendam civilem  
obligationem, quae sola superest naturali sublata, nec in eo Praxorem quidquam contra  
Iuri civile operari, sed illud corrigere, ut ex rationem aliquam data fidei habeat, et  
viam libere procedendi patet. Sed obicit potest tibi in l. Rogari. 11. §. 1. de Reb. credit. ubi  
si decem mutua ita datur, ut novem reddantur, non amplius ipso Iure quam novem  
debentur: ergo pactum de non petendo ipso Iure actionem extinguit, et in necessarium  
Antecedens a Iure civili agitur, et approbatur est. Nec satisfacet qui dixerit cum  
D. Petri lib. 2. opusculor. sect. 4. cap. 1. n. 2. ideo in d. §. 1. per pactum liberatorum ipso Iure  
obligationem, et actionem extingui, quia tempore contractus fuit positum. Nam hoc effu-  
gium evidenter convincitur ex d. l. 44. §. 2. de oblig. et act. Melius sane Donell. in poi-  
thumis







Pactum pecuniarum decidit, id est transactionis causa pactu sit, et solvens, reperere non potest, non sic accipiendum est, quam ampliore summam, quam qua in pacto fuerat comprehensa, per errorem solvens reperere non potest; Sed iuxta mentem Antonij Fabri in ejus t. Ratio. ita debet explicari, ut liberum pecuniarum transactionis causa in pacto comprehensam solvens reperere non possit. ex regula t. in l. Eleganter. 23. §. 3. l. In summa. 65. in p. de Condit. indeb. Difficilior profecto videri poterit t. in l. 5. §. 5. Idem Iulianus. 2. Veri. Hinc Patri. de Liberat. leg. ubi asseritur, maritum, qui solvendo non est eo tempore quo liberatio dotis relicta est ei, si solvat, reperere non posse. Verum omnia divinatoria in interpretatione Antonij Fabri in Rationali ad t. in d. l. 28. §. 5. de Condit. indeb. facile respond. Consultum, dum negat maritum posse reperere, non loquitur in suppositione legata liberationi, sed generaliter definire maritum, qui solvendo facere non potest, integram dotem per errorem solventem reperere non posse, quia exceptio in id, quod facere potest, tanquam temporalis, et dilatoria indebiti conditionem non parit. l. 8. cum sequenti. de Condit. indeb. tradunt subtilissimi Goffredus in d. l. 5. §. 2. num. 4. cum duobus seqq. et Illustrius. Ramos in manu cript. ad l. Eum qui. 16. de Re judic. num. 13.

Num. 7 =

Ex eodem naturali & equitati defectu debitum, quod per pacti exceptionem potest subverti, compensari non potest ex generali regula t. in l. Quaecunque. 12. de Compensation. nec magis constituitur ex regula t. in l. 3. §. 1. de Constit. pecun. Sed obstat, quod qui per pacti exceptionem tunc pecuniarum se solviturum constituit, hoc ipso remittit exceptionem videtur. Argum. t. in l. Si creditor. 28. de leg. 1. l. Creditor. 13. in fine de Liberat. leg. d. l. 25. de Verb. Oblig. l. Siquis delegaverit. 12. de Donation. Sed remissa pacti except. adest & quibus Naturalis: q. civile debitum, quod superest post pactum de non petendo potest constitui. Annuntem probant vulgari, difficiles tamen ad rem t. in d. l. 27. §. 2. l. Si debitor. 55. Veri. Item si creditor. l. 1. de hoc tit. l. Pacta. 12. C. eod. tit. p. in. In iur. de Replicacion. in quibus prius pactum de non petendo per posterius de petendo, quamvis non ipso Iure, ope replicacionis eliditur: q. pacti exceptio, quae per posterius pactum Iure remittitur, etiam per constitutum potest remitti. Hinc difficultati resp. ex sent. Anton. Fabri in Rationali ad t. in d. l. 3. §. 1. de Constit. pecun. quod constitutum debitorum emittit antecedenti naturali & equitate subnixum, et licet qui sciens eam pecuniam, contra cuius petitionem pacti pateret exceptione defendi, se solviturum, constituit, hoc ipso exceptionem remittit credatur, huiusmodi remissio de constituta pecunia actionem non producit, sed replicacionem, per quam pacti exceptio resolvatur, quod solum evincunt t. in argum. adducti. Sed dicit, si verum est, quod num. 2. d. prius, pactum de non petendo ipso Iure naturaliter obligationum dissolvit, et a civili separaret: q. naturalis obligatio ipso Iure per prius pactum de non petendo suscitatur, et a civili debet uniri; sed hoc ipso mixta constitutum obligatio naturalis, et civili simul, quae non potest per exceptionem elidi: q. prius pactum per posterius in superhabito replicacionis auxilio ipso Iure debet extingui contra t. in d. l. 27. §. 2. h. tit. cum similibus. Resp. Verum quidem esse naturalem obligationem ipso Iure per prius pactum sublata ipso etiam Iure per posterius pactum suscitari; Exceptionem tamen ex prius pacto quantum per posterius ipso Iure extingui non posse, tum quia pacti exceptio in facto constituitur, facta autem infecta reddi non possunt. l. 12. §. facti. 2. de Captivi, tum quia praetorium Ius ad differentiam civili nihil ipso Iure operatur, sed intercedente facto magistratur. l. 1. §. 1. de Superficiet. cum similibus, quod sibi voluit Paulus in d. l. 27. §. 2. dum dicit, quod prius pactum per posterius non ipso Iure tollitur, sicut extinguitur stipulatio per stipulationem, si hoc actum est per novam, scilicet stipulationem, eamque subsecutam acceptilationem, quia in stipulationibus Ius in pactis factum venatur, id est quia stipulationes tanquam Iure civili introducere ipso Iure suam vim exercent; pacta autem, utpote quae Praetoria solum tuitione juvantur, non



ipso Iure, sed ope exceptionis, aut replicationis servantur. docet cum pluribus Vinn. de Pactis cap. 21. num. 5. et 6.

N. 8.

Temporale pactum est contrarium temporalem solum, et dilatoriam  
 Exceptionem producit, qua non afficit substantiam obligationis, sed executionem tantum suspendit.  
 d. l. 3. de Exception. l. 2. §. 1. de Doli mali, et merui. §. Temporales. to. In vit. de Exception. quapropter  
 qui naturaliter dumtaxat obligatus est ne a se intra certum tempus petatur, n. nisi fructus  
 paciscitur, quippe ne naturalis obligatio actione n. pareat, temporale pactum, quod nec  
 naturalis quidem obligatione extinguit, ut statim dicemus, nullum effectum potest  
 producere. Et sic cum personalia omnia pacta non perpetua, sed temporalia sint, servus  
 naturaliter obligatus ne a se petatur, in personam non recte paciscitur. l. 21. §. 1. h. tit.  
 junctis qua dixi precedenti cap. num. 9. Inde etiam quamvis mora sit obligatio per  
 temporale pactum, nec naturalis quidem extinguitur, quod ne probo, quia perpetuum  
 naturalem obligationem dissolvit, in necessariam consequentiam pignus extinguit. l. 1.  
 §. Si quis. 2. in fine. de Pignor. act. l. 1. Quib. mod. pign. vel hypoth. et porro pacto  
 personali, seu alio temporali pignus periret. d. l. 5. ergo temporale pactum nec natu-  
 ralem quidem obligationem extinguit. Ulterius quia per pactum perpetuum naturali  
 tollitur obligatio, civile debitum postea solutum repeti potest, ut vidimus num. 6. sed  
 temporali pacti exceptione munitus per errorem solvens non repetit. l. Sufficit. §. 6. de  
 Condit. indeb. ergo per temporale pactum nec naturalis quidem tollitur obligatio.  
 Denique nihil interest an ab initio dies certus dispositioni apponatur, an post  
 pure contractas obligationes de pecunia intra certum tempus n. petenda pactum  
 concipiatur, utroque etiam casu male ante diem, post vero recte agitur. l. 27. §. 1.  
 hoc tit. d. l. 56. de Condit. indeb. d. §. 10. In vit. de Exception. argum. tot. in l. 85.  
 Illud. 2. de Liberat. leg. Sicuti etiam nihil refert, an legatum ab initio ex die certo  
 relinquatur, an vero ab initio pure relictum ante diem certum peti prohibeatur.  
 l. 88. §. 1. de Testat. §. de leg. 2. Sed dies certus ab initio dispositioni adscriptus nec  
 naturalem, nec civilem obligationem, imo nec etiam actionem, sed executionem  
 dumtaxat suspendit, ut late fundam in academ. de Die certo tam contractib.  
 quam ultimis voluntatib. adjecto disceptat. 2. per totam: ergo ex post facto per  
 pactum adjectum similiter nec naturalem quidem obligationem extinguit po-  
 test. Nec inutile, aut frustraneum ideo temporale pactum dicitur, cum plures effec-  
 tus producat, quos quia disceptat. 1. plane discutimus, nunc repetere esse otiosum.  
 Illum solum adiciam, quem tunc omiseram, scilicet quod qui pactus est, ne a se  
 peteretur intra certum tempus, intra illud moram non facit. l. Si pactus. §. 1. hoc  
 tit. quia nulla intelligitur mora ibi fieri, ubi nulla petitio est. l. 88. de Reg. Iur.  
 Nulla autem quoad effectum est petitio, qua per exceptionem potest submoveri. l.  
 21. de Vnusu; quamobrem sicuti post perpetuum liberatorium pactum Vnusu, que prop-  
 ter moram per solvenda forent, non debentur. tot. ne intellig. in l. Si mulier. 77.  
 de Iure dotium. junctis d. l. 42. §. 1. h. tit. eod. tit. Sic et temporale pactum efficit, ut  
 Vnusu, que propter moram deberentur, pro rata temporis in eo comprehensum non de-  
 beantur. l. 10. Veri. Sed cum sortis. de rebus cred. ubi Donell. n. 20. Cusac. lib. 3. quare.  
 Papin. seu Pauli, et Anton. Faber in Ration. ad tom. in l. 8. §. 2. de Liberat. leg.  
 Ex quo principio intelligitur tot. in d. l. 59. hoc tit. ubi dicitur, quod si post pactum  
 de non petendo res in obligatione contenta perierit, seu, qui ante pactum  
 moram non fecerat, n. teneretur, id est ipso Iure ab obligatione liberatur, quin  
 eget exceptionis auxilio. ex vulgari regula tot. in l. 5. de Reb. cred. l. 23. de V. O.  
 ut docuit Anton. Faber in ejus tit. Rationali.

N. 9.

Quod diximus nihil interesse  
 an dies certus ab initio dispositioni fuerit adscriptus, an vero post obligationem  
 pure contractam temporale pactum concipiatur, difficillimum sane redditur ex  
 incognito ad rem tot. in l. Julianus. 20. de Iure dotium, ubi ex Antonii, et Neratii



Sent.<sup>a</sup> contra Iulianuz docet Paulus, quod licet mulier, quae pure dorem promittit, ne a se viva dos petatur, recte paciscatur, ab initio tamen dorem cum morietur inutiliter promittit, rationem arionat; aliud est etenim pure promissa dosi exactionem per pactum deferri, aliud ab initio in id tempus stipulari, quo matrimonium futurum n. ut: multum q. refert an dies certus ab initio dispositioni apponatur, an vero post obligationem pure contractam temporale pactum adhibeatur. Super difficultatez tot. in l. eandem. §. S. de Duobus reib, ubi si quis in deponendo penes duos paciscatur, ut ab altero culpa quoque praestetur, imparitas obligationum efficit, ut duo rei n. constituantur; si vero cum ambo culpam ab initio promiserint, alteri postea pacto culpa remissa sit, n. ideo duo rei esse desinant. Rationes Papin. subiungit, q. posterior conventio, quae in alterius persona interit, statum, et naturam obligationum, quae duos ab initio rei fecit, mutare n. potest; aliud itaque est unum ab initio culpa quoque promittere, aliud culpam a duobus ab initio promissam alteri postea per pactum remitti. Similiter ergo aliud est diem certum ab initio dispositioni adscribi, aliud pecunia pure debita. Exactionem per pactum postea deferri. Pro cuius difficultatis solutione dicendum est, regulariter nihil interere, an obligationis executio ab initio, an ex post facto in diem certum per pactum differatur; in specie autem tot. in d. l. Co. de Iure dotium peculiarem rationes Versari, et mulierem ideo dorem cum morietur ab initio n. recte promittere, quia cum dos matrimonij oneribus debeat deservire, et in ultimum instans vita uxori collata stipulatio licet praesens sit, quoad substantiam obligationum. l. 11. de Condict. indebiti, praesens tamen non sit quoad effectum executionis, ut fundavi in academie. de Die certo discept. 3. num. 1. cum 3. regg. imo in id tempus conferatur, quo matrimonium futurum non est, ut ibi esse non potest. l. Si pater. 26. de Iure dotium; Ex contrario autem mulieres, quae dorem ab initio pure promittit, postea ne a se petatur viva, utiliter ideo pacisci, quia exigenda dosi facultas, quae ex praesenti omnino stipulatione competebar, sicuti per pactum ope exceptionis tolli potest. l. 11. §. de Paci dotalib. sic et differri, et sufficere dorem ab initio ita promitti, ut postea matrimonij oneribus deservire. Consulendi pro pleniori eorum Iurium intelligentia Galbanus de Usu. cap. 22. num. 6. Reter. de Donation. cap. 11. num. 11. et Santos in suis ad Arizones Commentariis in d. l. Co. de Iure dot. Nec magis obitat tot. in d. l. §. S. de Duobus reib; Nam recte ibi Cusac. lib. 27. quaerit. Papin. ea sola obligationum imparitas impedit, ut duo rei constituantur, quae efficit, ut beneficium liberationis utriusque reo commune esse non possit, tali profecto est, quae invenitur, ubi in deponendo penes duos de culpa ab altero praestanda conventio, non quae ex posteriori conventionem resultat, quae cum ipso Iure extinguere obligationem non possit, n. efficit, ut utriusque culpa nomine obligatus n. maneat, aut ut utriusque commune non sit liberationis beneficium; peculiari itaque ratio datur, quae utramque conventionem discernit, quae in nostris terminis deficiente, merito diximus, nihil interere, an dies certus ab initio, an ex post facto per pactum dispositioni apponatur.

N. 10.

Explicuimus jam potentiam, et effectum liberatorij pacti, quod ex praetoria jurisdictione descendit, nunc de pactu Iure civili approbato, quae ipso Iure civilem obligationem, et actionem extinguunt, videamus. Et primum occurrit pactum, ne furti, aut injuriarum agatur, quod tanquam lege XII Tabular. permittitur non ope exceptionis, sed ipso Iure actionem extinguit. l. 7. §. 14. in fine. l. 17. §. 1. l. 22. §. 2. et 4. hoc tit. l. 9. §. nunc. 2. Ver. Ergo. de Minorib. l. Si pro fure. 7. de Condict. furt. l. 42. §. 1. l. Inter omnes. 46. §. Nique adeo. 5. l. 52. §. Si servus. 26. l. 54. §. 11. l. Interdum. 56. §. 1. l. Si servus. 64. §. 1. et 5. Quod vero. 5. de furti. l. Sed si. 11. et 5. Plane. 12. cum regg. de Injurijs. l. Post decurionem. 13. C. de furti. l. Si donationis. 18. C. de Donation. idque non ex eo provenit, quod haec crimina ex lege XII Tabular. sanguinis poenam inferant, et honesta sit qualibet redimendi sanguinis ratio, quod voluit Baldus. ad leg.



ad leges XII. Tabular. cap. 10. Nam neque furti, neque injuriarum delictum sanguinis pena mulcantiur constat ex his, quae tradunt Rarardus ad leg. XII. Tabular. cap. 25. cum seq. et Anton. August. cap. 29. cum seqq. Nec magis ex eo quod unicuique licere debeat proprium commodum, pro-  
 priaque injuriam vindictam per pactum remittere, ut existimat Sando de Pactu cap. 5. 3. n. 23. quia pactum omne de non petendo privati Iuris continet remissionem, nec tamen Iure civili approbatum invenitur, sed ex eo potius, quod cum injuriarum, et furti delicta frequentissima essent, utilitate publica exigente civilis concordia retinenda gratia lex XII. Tabularum super eis pacisci permittit, quia homini interest hominem beneficium officii; poena autem non irrogata indignatio solam duritiam continet, ut alias agebat Papin. in l. Servus. 7. in fine. de Servis expost. docent et Cusacio lib. 28. quaest. Papin. in d. l. 35. 5. 4. de Solutionib. Anton. Faber in Ration. ad tom. in d. l. 4. 5. 4. hoc tit. et Arias de Mera lib. 2. Variar. cap. 15. num. 14. cum sequenti. Ex his inferitur, quod licet prius pactum de non petendo per posterius de petendo ope replicationis tollatur, ut dixi num. 7. Si tamen post pactum de non agendo ex causa furti, aut injuriae, postea ut eo nomine ageretur, conveniret, posterius hoc pactum inutile proxius est; quia actio ipso Iure per pactum semel extincta suscitari postea non poterit, utpote quae non ex pacto, sed ex furti, aut contumelia nascitur d. l. 27. 5. 2. Veri. Sed si pactum hoc tit. Inde etiam recte inferunt Cusac. in l. 24. C. hoc tit. Sando ubi supra. Oroz lib. 3. de apicib. cap. 12. n. 9. et Valeron de Transaction. tit. 4. quaest. 3. ex n. 58. quod inofficium querella, tanquam injuriarum actioni similis, per pactum ipso Iure tollitur, ut in d. l. 27. in prin. de Inoffic. test. Oroz d. cap. 12. num. 10. et Valeron d. quaest. 3. n. 63. cum 2. seqq. Reteri in adversari. de Inoffic. cap. 22. per totum. Quam sententiam jurat sane publicis testamentarum faber, quem querella remissio continet. Nec quidquam interest, an grati, an transactio-  
 ni causa pactum interponatur, utrumque enim lege probatur; illo tamen servato discrimi-  
 ne, quod qui pretio dato paciscitur, infamia notatur. l. Non damnator. 18. C. Ex quib. caus. infam. irrogari. tot. sic intelligi in l. 1. Veri. qui furti. l. 4. 5. 11. de his qui not. infam. 5. Ex quibusdam. 2. de Poena temere litigant. quoniam qui sic paciscitur, crimen confiteri intelligitur. l. 5. de his qui not. infam. l. 4. l. 5. l. 6. l. 7. Imperatores de Iure fisci, nisi forsitan jura Praetoris pactus sit. d. l. 6. 5. 3. tradunt Cusac. lib. 5. Pauli ad Edict. in l. 4. de Postul. Omuald. lib. 18. Comment. cap. 8. duplici lit. RR. Vinnius de Transact. cap. 7. n. 29. quidquid contrarium cum pluribus sentiant nosse Richard. in d. 5. 2. Invenit. de Poena temere litig. num. 11. cum seq. et Valeron de Transact. tit. 3. quaest. 5. n. 33. cum seq. Nec obstat tibi. in l. 7. de his qui not. infam. pro cuius explicat. Videndi jam lau-  
 dati Cusac. et Omuald. duplici lit. M. M. qui autem nullo pretio dato grati paci-  
 scitur, infamum non fit, quia vel pro confesso non habetur. d. l. 4. de Iure fisci, vel licet  
 crimen confiteri intelligatur, quia tamen fuerit, vel injuriarum, vel furti delicto vindic-  
 tam remittit, perinde crimen habetur, ac si committum non esset, et plena penam  
 seu peritur, ut ex dictis Iuribus eleganter ratiocinatur Omuald. d. cap. 8. duplici li-  
 tera tt =

Pacta liberatoria itidem super his contractibus interposita, qui solo con-  
 sensu perficiuntur, ipso Iure civilem etiam obligationem, et actionem dissolvunt. l. 7. 5. 6.  
 l. 27. 5. 2. Veri. Idem dicemus. l. 58. h. tit. l. 6. 5. 11. de Contract. empr. l. 2. cum 2. seqq.  
 l. 5. 5. 4. de Rescind. Vendit. l. 11. 5. 6. de action. empr. l. 1. et 2. quando liceat ab empr.  
 d. l. 8. C. de Pactu inter empror. et Vendit. 5. 11. Invenit. Quib. mod. toll. oblig. Ratio  
 in promptu est, prout unaquaque obligatio contrahitur, sic et dissolvatur: q. solo con-  
 sensu contracta obligatio ipso Iure per contrarium consensum dissolvitur. l. Pro-  
 ut. 80. de Solution. l. 35. de Res. Iur. l. 100. l. fere 153. de Res. Iur. Hinc contrarius  
 consensus super huiusmodi obligationibus acceptilationi comparatur in singula-  
 ri, et specioso tibi in l. 24. 5. Si meru. 4. Quod meru. ca. Ex eadem ratione cum  
 acceptilatio inutilis in ratione acceptilationis in vim taciti pacti de non petendo  
 submittat, ut late dixi. 1. cap. ex num. 2. super huiusmodi contractibus interposita  
 Vulgari acceptilatio, quamvis in ratione acceptilationis sit inutilis. l. 8. 5. 3. de  
 Acceptilat. non sua natura, sed conventionis potestate ipso Iure actionem extinguunt.  
 l. Cum empror. 5. de Rescind. Vendit. l. 11. de Acceptilat. Valentia lib. 2. Illustr. tract. 3.

Num. 11.



cap. I. num. 15. Cetero ad princip. Instit. de Empt. et Vendit. num. 59. Nec alia causa quaz  
post prius pactum de n. agendo, ex causa furti, aut iniuriæ posteriori pactum, ut ex huius casu  
ageretur interpositum nec veterem actionem suscitare, nec magis novam posse inducere, ut di-  
cebam num. precedenti; si tamen pactum conventum totam Emptionis, et Venditionis obli-  
gationem subtraheret novum pactum licet primitivam obligationem nequeat suscitare, ad novam  
tamen contractum proficere Paulus respondit in d. l. 27. §. 2. Veri. Idem dicimus. h. tit. Dicen-  
tium Ratio hæc est; furti, aut iniuriarum actio non ex pacto, sed ex delicto nascitur; Em-  
ptio autem, et Venditio sicuti solo consensu contrahitur, sic et nudo consensu de novo contrahi-  
tur.

N. 12.

Reciproci autem consensu, qui ad resolvendam omnem obligationem exprimitur, non solum  
Venditio, ubi expresse convenit, ut neuter ab altero quidquam peteret, sed et si illud speci-  
aliter simpliciter conveniret, ut alter non petat, veluti si venditor de pretio non petendo pa-  
cificatus, hoc ipso etiam emptor de re non petenda tacite pactus censetur, et utrimque tota  
resolvitur obligatio. d. l. 5. de Recond. Vendit. d. l. 17. de acceptat. juncto Ouald. lib. 22.  
Comment. cap. 7. lit. A. Nec enim quicquam ita factus existimatur, et ex huius casu, ex quibus  
mutua obligatione nascuntur sibi ab altero debitum remittat, nisi quod et ipse debet, ab  
altero remissum sit, nisi forte ea fuerit contrahentium voluntas, ut integro manente con-  
tractu unus dumtaxat liberetur, quo pertinet tot. in l. Si conveniret. 56. h. tit. ubi si conve-  
nerit, ne Dominus à Colono quid peteret, et juxta conventionis causa sit, adhuc Colonus à  
Dño. potest petere, juxta autem causa censetur fundi stabilitas, aut Domini liberalitas, quod  
Explicat Cusac. lib. 6. Digest. Julian. ex Minutio in d. l. 56. et quemadmodum potest ex  
terram. alter dumtaxat ex contrahentibus rata manente locationi, aut Venditioni con-  
tractu liberari. l. 26. §. 7. de Cond. et Dem. l. Si in lege. 24. §. 17. Locari. l. Cum servus. 39. §.  
Si Titius. 2. de leg. 1. l. Et cui. 16. cum duabus reg. de Libertat. leg. quia juxta causa interce-  
dit, testatoris scilicet liberalitas ex legatarij persona, sic et inter vivos liberalitatis causa  
Unus dumtaxat ex contrahentibus liberari integro manente contractu nihil prohibet.  
d. l. 56. hoc tit. l. Si tibi. 5. sic intelligi. Locari, quidquid dicat Liber in Rationali ad  
præfata Iura, quem merito reprehendit Ouald. ubi supra. Ex huius explicandus est tot.  
in l. Si id quod. 7. §. 1. Veri. Idem potest. de Recond. Vendit. ubi si pupillus, qui emerat cum  
auctoritate tutori, postea ut ab emptione discederet, sine tutori auctoritate pactus  
sit; Videtur quidem potest perinde esse ac si ab initio sine tutori auctoritate emisset,  
quo sane casu contractus ex uno dumtaxat latere contraheret, et pupillus non obligaretur;  
quia Verò cum eo contraxisset tenebatur ut vel rem oblato pretio, vel pretium re-  
tradita prestaret. juxta tot. sic intelligi. in l. Si Julianus. 13. §. Si quis à pupillo. 29. de  
Action. Empt. prius. Instit. de Auctorit. tutor. Contrarium tamen Paulus respondit, et  
asserit semel ab initio utrimque perfectam Emptionem per pactum à pupillo sine  
tutori auctoritate postea interpositum resolvi, quia juxta conventionis causa non  
intercedit, nec bona fidei congruit pacto stare, quod alteri capivorum sit. Objecti-  
onem prævidit Paulus, et sic tacite diluit, ubi emptio ab initio sine tutori aucto-  
ritate contrahitur, damnosa quidem est qui cum pupillo contrahit servatur  
tam ex Ratione tot. in l. Qui cum alio. 19. de Res. Iuri; emptio autem ab initio cum  
tutori auctoritate contracta ideo per pactum sine tutori auctoritate inter-  
positum non dissolvitur, quia Venditio ex utroque latere contrahitur plenior, quam qua  
ex uno dumtaxat obligat; plenior autem Venditio per posteriores minus plenam  
resolvi non potest, ut initio tot. dixerat Consulius, cuius decisio non solum procedit  
in casu juri erroris, ut falsis existimabat Cusac. ibi lib. 5. quest. Pauli, sed etiam  
qui cum pupillo pactus est, ejus conditiones sciebat, ut superior ratio evincit, et  
sentire videtur Liber in ejus tot. Rationali.

N. 13.

Ad eandem Iuri partem expectat  
obscura Pomponij decisio in l. t. de Recond. Vendit. ubi cum rem peculiarem fili-  
i fam. vendidisset, quærebatur utrum ad dissolvendum contractum præter Patris,  
et Emptoris consensum, etiam filij consensu requiratur? In quare Celsus filij quo-  
que consensum requiri, et pactionem inter Patrem solum, et emptorem factam inutilem  
esse aerebat; quia filius ab obligatione in solidum civili, quaz emptori manet obliga-  
tus



11.

tus, per pactionem cum solo Patre factam non liberatur, cum nihil per Patrem potuit acquirere. *l. Quod dicitur. 130. de Verb. Oblig.* filio autem non liberato nec Patri quidem pactione prodere poterit; Nam licet Axiom eximaverit, pone ita pactioni, ut unus maneat obligatus; Eius sententia tunc solum vera est, cum iuxta causa intercedit, quo sensu accipiendum est, quod ut certum proponitur, quod si pupillus sine tutorum auctoritate pascatur, ipse quidem liberatus, non etiam qui cum eo pascitur, ne pugnet cum *d. l. 15. de Rescind. Vendit.* alioquin iuxta causa non intercedente pro una parte contrahentium Rescindendi pactum ab emptione non potest. Hanc Celsi sententiam Pomponius refellit, etiam cum solo Patre factam pactionem validam esse concludens, et liberari Adversario non modo Patrem, sed et filium obiter liberari. Ratio in eo est, quod cum emptor Patri, non etiam filio fuerit obligatus, per pactionem cum solo Patre factam omnino liberatur, ac proinde omnem obligationem ex eo contractu sibi acquiram remittere, id est non modo Patrem, sed et filium liberare intelligitur. Ex Regula *toti. in d. l. 5. de Rescind. Vendit.* et in *l. 16. de acceptilat. si ferre D. Sants ad Axiom. in d. l. 1. de Rescind. Vendit.* qui tamen meo iudicio fallitur, dum in specie Pomponij non ipso Iure, sed ope exceptionis filium liberari contendit, nimis auctoritate *toti. in l. Si cum Emptore. 16. S. hoc tit.* Nam cum contractus ipso Iure per pactionem resolutus exemplo actione deficiente implicat exceptionem aliquam competere, et longe diversa est sententia *toti. in d. l. 16. S. 1. ubi quia res integra non erat per contrarium condensum ipso Iure contractus resolvi non potuit, sed solum ope exceptionum.* Nectur obiter Ratio, qua precipue Celsi movebatur, et qua Antonij Fabium in Ration. coegit, ut Pomponij decisionem Tribonianus Iurisperdentia tribueret; Nam et si verum sit, Patrem obligationem filio acquirere non posse, nihil tamen prohibet, Patre liberato etiam filium per consequentiam liberari, ut ecce Patre per acceptilationem liberato etiam filius per consequentiam liberatur. *d. l. 5. S. 2. de liberat. leg.* Similiter ergo cum circa eos contractus, qui solo consensu perficiuntur, contrarium consensus solutionis, aut acceptilationis vicem gerat quoque debet liberari, quia licet alteri per alterum non acquiratur obligatio. *l. 38. S. 1. de V. O. cum similibus;* poterit tamen acquiri liberatio. *l. Solvendo. 39. de Negot. gestis. l. 1. S. hac actio. 24. de Exercit. act. l. Solutione. 23. l. 40. l. 11. de Solutione.* juncta Vulgari regula *toti. in l. 17. de Oblig. et act.*

Ex his infero, quod contractum per contrarium consensus resolutum eo nomine accepti fidejussor ipso Iure liberatur; sublata etenim principali obligatione accessoria non potest retineri. *l. 118. de Reg. Iur.* Accedit, quod ubi naturalis tantum verum obligatio, per Iurjurandum, aut pactum liberatorium sicuti naturalis ipso Iure tollitur obligatio, sic et fidejussor ipso Iure per consequentiam liberatur. *d. l. 16. de Iurjur. d. l. 95. S. 4. de Solut. sed minor obligatio nudo consensu contracta solo consensu ipso Iure dissolvitur; ergo et fidejussor ipso Iure in necessaria consequentiam liberatur.* Deinde si cum reu non verbis, sed alio modo fuerit obligatus, fidejussori accepto latum sit, verus etiam ipso Iure liberatur. *l. 13. S. 7. l. 16. S. 1. de acceptilat.* ergo vera vice principali obligatione per contrarium consensus resoluta, etiam fidejussoria obligatio quamvis verbis contracta ipso Iure debet resolvi, quo sensu intelligendi sunt *toti. in d. l. 3. de Rescind. Vendit.* et in *d. l. 95. S. 1. de Solutio.* Opponi tamen videtur *toti. in d. l. 3. Veri. Item.* Si venditor pretium, aut emptor rem in stipulatione deduxerit contractum per contrarium consensus resolutum actio ex stipulatione non ipso Iure, sed ope exceptionis extinguitur; ergo similiter principali obligatione per contrarium consensus resoluta fidejussoria obligatio non ipso Iure, sed ope exceptionis debet dissolvi. Hinc Objectioni, quae Cuiacium decepit lib. 33. Pauli ad Edictum in eo non facile responderetur ex mente Antonij Fabri, Paulum non loqui de stipulatione emptionis, et venditionis confirmandi causa adhibita, quae resoluta per contrarium consensus venditione ipso Iure etiam resolvitur. argum. *toti. in l. 1. S. 1. de legator. Nom. caveari, sed de stipulatione novandi animo interpretata, in quam totum venditionis negotium fuerat translatum, quae cum propriam naturam sortitur, nec verum obligationis qualitates assumat. l. 15. de Novationib. cum similib. ut dixi V. cap. Num. 5. per contrarium*

N. 14.







de novo fidem suam adstrinxerint; Similiter et rei aliena ex Domini voluntate con-  
stitutum pignus expirat, nec sine novo Domini consensu, et nova emptionis causa tene-  
tur, ut ab argum. probant tñ. in l. Sabeo. 25. S. Vl. de Recept. arbit. l. Item quærit. 15.  
S. Vl. Locati. l. Legem. 16. C. eod. tit. junctis pro eorum explicat. Vinnio lib. 2. Select. ep. 41.  
per totum =

Hæc, quæ de pacto ex intervallo adjecto super obligationibus, quæ solo  
conventu perficiuntur, diximus, procedunt, si pactum sit de substantialibus contractus;  
si vero de ejus administrabilibus, id est de his, sine quibus potest contractus subsistere, ut rec-  
tè explicat Cusac. lib. 20. quærit. Papin. ind. l. 22. de Contrah. emp. ipso Iure nec formare,  
nec reformare contractum potest, in qua celebris est Papin. decisio ind. l. 22. ubi dicitur,  
quod pacta detrahentia omnino contractu, per quem dissoluitur, et ordinarij præstati-  
onibus aliquid detrahuntur, ut ecce cum in contractu emptionis soleat, et debeat, quo-  
jussu rei prædicta vendita sit, duplicem cautionem præstari. l. Emptori. 37. in prin. et S. l.  
de Eviction. cum alijs, si de cautione n. præstanda conveniret, pretium contractu con-  
tineretur, quia ope exceptionis servatur, quæ inest bonæ fidei judicij, ut postea dicemus;  
Adjicientia pacta sunt, quæ soluti contractus præstationibus aliquid adjiciunt, ve-  
luti si conveniret, ut dupla cautio, quæ per nudam solum repromissionem debet ex-  
pediri. d. l. 37. de Eviction. adhibito fidejussore præstetur, pactum n. inest contractui,  
ad hoc scilicet, ut actio pereat, per quam emptor petat sibi dato fidejussore cavere,  
quia ex pacto, quod non est de substantialibus contractus, ex intervallo adjecto  
actio non nascitur, ut ex Papiniani auctoritate docet Vlp. in l. 7. S. quinquimo. S.  
Veri. Idem responsum. hoc tit. Contractu tamen continetur quoad causam exceptionis,  
per quam emptor tueri se poterit agente venditore ad pretium, donec satisfactio præ-  
stetur; Quæ quidem exceptio, quamvis temporalis, et dilatoria, inest etiam bonæ fidei  
judicij. docet Anton. Faber in Ration. ad d. l. 22. Sed dicit, si tam adjicientia, quam  
detrahentia pacta quoad causam exceptionis contractu continetur, falsò aserit Pa-  
pin. detrahentia contractu contineri, adjicientia contractui non esse. Resp. quod cum  
detrahentia pacti utilitas in excipiendo solum, non etiam in apendo possit consistere,  
et exceptiones inveniunt bonæ fidei judicij, pactum contractu continetur; adjicientia  
autem pacta ex intervallo interposita si contractibus inessent, n. modo exceptionem,  
sed et actionem producerent intra Iuri regulam; Unde merito Papin. superius dis-  
cussum inter hujusmodi pacta considerat, ex quo interpretandum est tñ. ind. l. 22.  
S. 2. Veri. quod si non. hoc tit. juncto Ant. Fabio in ejus tñ. Rationali. Nec quod dixi-  
mus pactum de substantialibus contractus, veluti de augendo, vel diminuendo pretio,  
prioris emptionem resolvere, et novam contrahere, impugnat tñ. in l. Emptor. 47. in  
prin. hoc tit. qui omnia sent. Cusacij, procedit juxta Fabrum in venditione in repu-  
latione novante translata, quæ per pactum expungit ipso Iure non possit ex dicti  
num. 14. per posteriori pactum ope reputationis veteri forma restituta =

N. 16.

Rursum nec semper pactum de substantialibus contractus ipso Iure  
resolvit, sed ita demum si rei sit integra, id est si nec rei tradita, nec pretium sit nu-  
meratum, se autem jam n. integra contractus n. ipso Iure, sed ope exceptionis resolvitur,  
ut probant tñ. adducti ex num. 11. Unde facile intelligitur tñ. in d. l. 16. S. 4. h. tit.  
et in d. l. 5. S. Vl. de Vicind. Vendit. juncto Cassio ad prin. Invenit. de Empt. et  
Vendit. num. 61. et in l. Voluntate. 10. in prin. et S. 2. Quib. mod. pign. solvitur, nisi forian  
actus reitorum intercesserit, veluti si rei tradita venditori restituta, vel solutum pre-  
tium emptori redditum fuerit; nihil enim interest, an se integra, an in integrum  
restituta pactum interveniret. d. l. 4. C. quando liceat ab emp. disced. d. l. Ab emp-  
tione. 58. h. tit. ubi in Verni. Illud docemus, quod per conjunctionem re integra inces-  
sitam effici non potest, ut rei tradita restitueretur, aut solutum pretium reddatur,  
nè scilicet ex pacto actio nascatur. Nec contrarium, sed diversum est, quod ex  
Antonij sent. dixerat Neratius ind. l. 58. Veri. Antonij, quod si rei jam tradita

N. 17.



Conveniret, ut ea re restituere pretium n. debeat, utile pactum est, ne scilicet ut actionem  
producat, sed ad hoc ut re postmodum in integrum restituere pretium ipso Iure non debeat,  
quia licet inspecto paciscendi tempore rei integra non fuerit, in id tamen tempus collatum  
fuit pactum, quo rei in integrum fuerit restituere, ut docent latius prosequentes Anton. Faber  
de errorib. Pragmat. decad. 95. error. 2. cum sequenti, et decad. 96. error. 2. et 3. Castro ubi supra  
dict. num. 61. Illud tamen monendum est, quod sive pactum sit de substantialibus contrac-  
tus re non integra, sive de ejus administraculis, exceptionem semper producit, quae inest ipso  
Iure huiusmodi bona fidei iudicij ex regula tui. in l. Sed et. 51. Solutio mar. l. In-  
juismodi. 84. S. Qui servus. 5. de leg. 1. Et tunc ubi quae dicitur, Verum pactum dolo malo factum  
inutile sit ipso Iure, an vero exceptionem pariat, quae per replicationem eliditur, ex sent.  
D. Santos in Academ. de Pactis cap. 3. n. 18. pugnantem invicem Interpretari, ne sententia  
sunt concilianda; Si iudicium, in quo de pacti viribus agitur, sit bona fidei, doli repli-  
catio ipso Iure inest, quo sensu pactum irritum esse dicitur in l. Cum posteaquam. 2. Cod.  
hoc tit. Si vero iudicium sit stricti Iuris, doli replicationi non inest, si non opponatur  
sive intelligit. tui. in l. 35. h. tit. quamvis in Vnoque casu Verum sit, replicationem doli, quae  
in primo ipso Iure inest, in secundo in iudicio debet opponi, quo sensu facile intelli-  
gitur tui. in l. 7. 5. et 5. Dolo. 2. cum duobus seqq. hoc tit. l. Sub praetextu. 19. C. de Transactio.  
l. 3. C. de Exception. Nec ad hanc partem pertinet tui. in l. Si ceteri. 51. in prin. et 51. hoc tit.  
qui loquitur de pacto per errorem facto, quod ex defectu consensu indistincte inutile est.  
Ex regula tui. in l. In omnibus. 57. de Oblig. et act. cum similibus.

N. 18.

Quae de contractibus, qui solo  
consensu perficiuntur, ipso Iure per contrarium consensu resolvendi dicta sunt, ita pro-  
cedunt, si Vtriusque contrahentis mutui consensus intercesserit; alioquin post contractum  
semel perfectum regulariter unus ex contrahentibus altero invito restituere a contractu non  
licet. l. 5. C. de Oblig. et act. l. 36. de Rescind. Vendit. Donell. lib. 16. Comment. cap. 16. Dicit regula-  
riter, quia aliquando unus ex contrahentibus etiam altero redeunt a contractu discedere  
permittitur, ut ecce mandatum re integra potest revocari, et intemperative renuntiari.  
l. Ante litem. 16. de Procurator. l. 12. S. Si mandavero. 16. l. Si mandatum. 15. S. Vlt. l. Si quis.  
27. S. Qui mandatum. 2. Mandati. Rationem praestant rem late explicantes Donell. et O-  
suald. d. lib. 16. cap. 23. Societatis etiam contractus, quae Ius quoddam fraternitatis habet, et  
inter invitos saepe discordias excitare conuenit, per tempestivam Vni ex Socijs re-  
nuntiationem recte factam dissolvitur l. 4. S. 1. l. Verum. 63. S. Vlt. cum l. seq. l. 56. S. 3. cum  
quinque seqq. Pro Socio. l. Tandem. 5. C. eod. tit. Donell. et Osuald. d. lib. 16. cap. 24. et libera  
est ad correnuntiandas Societate facultas, ut quamvis convenire possit, ne rei commu-  
nari intra certum tempus dividatur; si tamen convenierit, ne omnino divisio fiat, vel  
ut nunquam societati discedatur, inutile pactum sit, ut potest quod rixarum praebet ma-  
teriam. l. In hoc iudicium. 14. S. Si conveniat. 2. cum seq. Communi divid. l. Si conven-  
xit. 14. l. Nulla. 10. Pro Socio. ad invitas Societatis. Argum. tui. in l. 1. C. de Crimin. ex-  
pil. h.redit. Romani per unum ex conjugibus diuenuz matrimoniuz dissolvi per-  
miserunt. l. 1. de Divorc. l. Ne ab invito. 14. C. de Nuptijs, et pacta improbarunt, quae  
dissolviendi matrimonij impediunt facultatem. l. Stipulatio. 29. de Verb. Oblig. l.  
Consensu. 8. S. Vlt. C. de Repudijs. l. 2. C. de Inutilib. stipulat. Sed occurrit, quod recipro-  
cus etiam diuenuz ita demum contractus, qui solo consensu perficiuntur, et solvantur  
ipso Iure, si rei adhuc integra sit, ex societate semel contracta rei integra dici non  
possit. l. 4. S. 1. et l. 2. Pro Socio, implicat, contractum Societatis etiam per mutuum  
Sociorum diuenuz ipso Iure solvi. Respondendum tamen exiurmo, ideo reliquos  
contractus, qui nudo consensu perficiuntur, re non integra per contrarium consensu  
ipso Iure non solvi, quia eis resolutis actiones etiam in necessarias consequentias  
extinguuntur, quod per pactum re n. integra ipso Iure etiam per unum ex socijs  
diuenuz dissolvi, quia ea extincta pro socio actio n. extinguitur, sed adhuc per-  
severat, ut notum est. Quam solutionem illud n. inelegantius periuadet, q. si pactum eo  
tendat



tendat, ut pro socio actionem extinguat, non ipso Iure, sed ope exceptionis actionem  
 Extinguat, ut probat *toi. in l. 14. §. 1. de Communi divid. ubi ait Paulus, quod si paccicatu  
 Socii ne partem suam petat, in effectu Societas tollitur; quia licet ipso Iure pro Socio,  
 actio non tollatur, ope Exceptionis, quae inest in iudicio pro Socio, quoad effectum Iuri  
 Extinguatur =*

N. 19.

Ex quibus omnibus celebri occurrit questio discutienda, Num scilicet  
 pignori obligatio per contrarium consensum, aut pactum liberatorum ipso Iure, an ope  
 Exceptionis Extinguatur. Pro cuius Resolutione omnino, qua tradunt Reguani. de Pignori.  
 part. 6. membra. 3. Valduin. eod. tract. cap. 10. Donell. ad l. 23. C. de Pignori. Bachov. lib. 5. de Pign.  
 cap. 5. et 6. Vinn. de Pactu cap. 21. num. 8. Arias de Menia lib. 1. Variar. cap. 32. n. 5. breviter statuo  
 cum Cusacio in d. l. 23. C. de Pignori. et Ant. Fabio in Varion. ad tom. in l. 1. §. 2. h. tit.  
 quod pignori obligatio, siue rei creditori sit tradita, siue nuda dumtaxat conventionem  
 obligata per pactum siue de pecunia non petenda, siue de pignore n. persequendo, n. ipso  
 Iure, sed ope exceptionis Extinguatur. Quae sent. probatur ex l. Si tibi. 17. §. 2. hoc tit. l. 5. in  
 prid. l. 2. §. Sederr. 2. l. 8. §. Procurator. 2. Quib. mod. pign. Vel hypoth. l. 2. C. de Remis. pignori.  
 et ex Iuribus sic intelligendis in l. 9. §. 3. Omnium. 3. Veri. Et generaliter de Pignori. act. l. Ma-  
 ior. 23. C. de Pignori. l. 1. C. de Remissione pignori. et sequenti Iuri ratione fulcitur: Pactum  
 siue de pecunia non petenda, siue de non persequendo pignore ex Praetoria solum Equi-  
 tate servatur: s. nec hypothecariam quidem actionem ipso Iure potest extinguere ex  
 dicti num. 2. Sed obiciunt Adversarij: Hypotheca nudo consensu constituitur. l. 1.  
 de Pignori. act. cum similibus: q. etiam nudo consensu ipso Iure dissolvitur ex dictis  
 num. 11. Vel sic Pactum pignori Iure praetorio hypothecariam actionem inducat: ergo et  
 pactum liberatorum ipso Iure hypothecariam actionem Extinguat. ex argum. *toi. in l. 35.  
 de Reg. Iur. Videndus Ortega in suo Sabeone fol. 145. num. 9. Rursum sublata naturali  
 obligatione pignus Extinguatur; sed pactum de non petendo naturalem obligationem  
 Extinguat, ut supra diximus: q. et pignus ipso Iure dissolvitur. Verum Resp. Contractus,  
 qui nudo consensu perficiuntur, per contrarium consensum ipso Iure dissolvi non possunt;  
 quia licet nudo consensu, n. tamen ipso Iure, sed Praetoria tuitione constituitur, ut  
 praeter dicta num. 2. doctè explicat selectus *toi. ad rem in l. Novale. 22. de Novall.  
 action. et sic non ipso Iure, sed a Praetore data exceptione per contrarium consensum  
 Extinguatur. argum. *toi. in d. l. 22. §. 2. hoc tit. Neque quod pactum naturalem obliga-  
 tionem dissolvat, ipso Iure pignus Extinguat debere convincit; nam quemadmodum  
 Extincta naturali obligatione pignus liberatur, sic et fidejussor d. l. 14. §. 1. de Pignori.  
 d. l. 60. de fidejussoribus. Et tamen ubicunque superest obligatio civilis, fidejussor non ipso  
 Iure, sed ope Exceptionis liberatur. l. 1. de Exceptionibus: q. et pignus n. ipso Iure, sed per ex-  
 ceptionem Extinguatur; quod idem procedit naturali obligatione per Iurjurandum  
 sublata. juxta *tom. in l. Iurjurandum. 40. de Iurjur. l. 13. Quib. mod. pign. Vel hypoth.  
 solvitur. quod sic intelligit Ramos lib. 2. ad leges Jul. et Pap. cap. 21. num. 18.****

N. 20.

Addeo autem de pe-  
 cunia non petenda pignus per exceptionem Extinguat, ut et inutilis remissio de-  
 biti utilem pignori liberationem producat. juxta *tom. in l. 15. §. 2. quib. mod. pign. Vel  
 hypoth. solv. qui nec cum Valentia lib. 3. Illust. tract. 5. cap. 2. n. 26. potest accipi de de-  
 biti remissione potest contractum capitale crimen facta, quae n. parere in fraudem  
 fieri utilem pignori remissionem n. potest. argum. *toi. in l. 2. l. 1. Et si pignus. 18. quae in  
 fraudem credit. Nec magis juxta interpretationem Reres de Donation. cap. 19. n. 11.  
 cum duobus segg. quam facillimum est convincere, sed potius de debitorum missione  
 ex ea legi Civica parte inutili, quae modum imponit donationibus, ut sententia Vi-  
 detur Cusac. lib. 11. Respons. Papin. in d. l. 1. §. 1. Quam obicit *toi. in l. Moderatus. 23. de  
 Donation. quam rectè explicat Giphani. (Et explicatur in meo tract. de Testu eorum  
 cap. 1. num. 36.) quidquid dicat Reres de Donation. cap. 4. num. 3. et d. cap. 19. num. 6. quae  
 quidem utilem parit pignori liberationem. argum. *toi. in d. l. 18. Quae in fraud. credit. Cui  
 doctrina obistere videtur *toi. in l. Debitum. 5. C. de Remission. pignori. ubi inutile pactum  
 de pecunia n. petenda n. continet utilem pignori remissionem; Facile tamen cum plu-*****



ribus respondet Arias de Mesa lib. 1. Variar. cap. 33. n. 19. tom. in d. l. 5. de huiusmodi actibus accipiendum, in quibus idem verum in pignori, ac in principali debiti remissione verax, veluti si pactum dolo malo, aut per errorem fuerit interpositum, aut a pupillo sine auctoritate tutori conceptum, qui non magis pignori obligationem, quam principale debitum potest remittere. d. l. 2. in prin. Quib. mod. pign. vel hypoth. solv. Qua eadem interpretatione capiendus est etiam in l. Solutum. ff. de Si quis. 2. in fine. de Pignori. act. ubi illud solum pactum, cui standum est, pignus extinguere dicitur, id est quod iniuriam non est, et pignori liberationem potest inducere ut recte in hac parte eum tom. explicat Bachov. d. lib. 5. de Pignori. cap. 5. Sed adhuc mirabitur. Quamvis inter verum, et uxorem principali debiti remissio sit inutilis, pignori tamen liberatio non est prohibita. l. 18. Quae in fraud. creditor. Et tamen inutilis venditio nec pignori obligata animo donandi facta pignus non extinguit. l. 2. §. Si uxor. 6. de Donationi. inter. ergo inutilis debiti remissio nunquam utilem pignori liberationem inducit, longe inter se haec distant, quicquid debitum quamvis inutiliter remittit, pignus etiam liberare velle intelligitur; Uxor autem, quae rem sibi pignori obligatam a marito emittit donationis causa, dominium quidem acquirere, pignus autem ita demum liberare intendit, si efficax venditio sit. Argum. etiam in l. 4. §. Ult. Quib. mod. pign. vel hypoth. solv. Conducit et etiam in l. Debitor. 40. de Pignori. act. juncto Arias de Mesa d. lib. 1. cap. 33. num. 19. quibus jam tractationem nostram suspendimus, quam post Academicas ferias Deo auspice prosequemur =

## Caput I

### Ad quae extendi, quibusque prodesse liberatorium pactum, aut nocere possit, sigillatim investigatur

Num. 1.

Hactenus exposita liberatorii pacti potestas est, et eo vique progreditur, ut dicta rei vires exerceat, quaeque in conventionem fuerit comprehensa, imo ex voluntate paciscentium, ex qua sola pactum proficitur, ad rem solum in conventionem comprehensam restringitur, nec circa aliam extenditur, ut pro regula tradit Paulus in l. 27. §. 4. Veri. ante omnia. ff. hoc tit. Cujus exempla suppeditant etiam in l. 35. junctis quae dixi cap. 2. n. 16. l. 9. §. 1. de Emptor. 12. §. 1. hoc tit. l. 5. l. 9. §. 1. et ult. l. 12. de Transactioni. l. 1. §. 1. de Condit. sine ca. inquam furtiva, unde si pro fure damnum sit decursum, id est si furtum parvi cum fure transigerit, furti quidem actio tollitur, furtiva adhuc conditio perseverat. Cujus rei eam esse rationem existimat Faber in eju. tom. Ration. quod cum lex decem Virali de fure specialiter pacisci permiserit, ut dixi cap. 3. num. 10. poenali autem actio utpote quae ex lege XII. Tabular. descendit. d. l. 7. §. 1. ipso Iure tollitur, imo ex ipso maleficio dimanat. Hae Fabri ratio ex pluribus duplicet, nam et si manifesti non furti ex lege XII. Tabular. descendat actio, manifesti tamen ex jurisdictione praetoria proficitur actio. prin. In re. de furti; tom. autem in d. l. 7. sive de manifesto, sive non manifesto generaliter loquitur. Praeterea iurjurandum sic pro fure specialiter a lege permittitur non est, sed quia pacto praedare solet. l. 35. §. 1. de Iurjur. per Prudentium interpretationem pacti nomine permittitur. l. 11. §. 1. de Injurij. cum alij adducunt cap. 3. num. 10. et tam Iurjurandum conditionem furtivam non minus quam poenalem furti actionem ipso Iure tollit. l. Si duo. 13. §. 2. de Iurjur. ergo non ideo conditio furtiva per pactum non extinguitur, quod lex XII. Tabular. specialiter non descendat; at haec conditio furtiva quae ex lege XII. Tabular. non proveniat, civilis est, ut nullus ignorat. §. etiam secundum Fabri doctrinam per pactum Iure civili confirmans ipso Iure tolli poterit, nisi alia Iuri ratio obstat. Demique si Vera Fabri ratio esset, scilicet quod per pactum decem Virali lege fulcrum ea solum actio extingueretur, quae ex eadem lege profunderet (quae tamen falsa est) solum evinceret, quod actio, quae ex eadem lege non descendit, non ipso Iure, sed ope exceptionum per simile pactum tolleretur, et sic secundum Fabri



Tabu' principia in d. l. 7. conditione saltem age exceptionis; atqui in d. l. 7. conditio fur-  
tiva nec per exceptionem extinguitur, ut tñ litera satii ostendit, et ipse Taber agnoscit: q.  
huius tñ. decisiva ratio ex alij' principij' pendet.

Num. 2

Melius itaque ex mente Dionysij Gotho-  
fredi dicendum est, in d. l. 7. partim ex mente paciscentium ad penalem furti actionem  
coarctatur, nec ad furtivam progreditur conditionem, quia facilius quispiam penam,  
cujus invocata indignatio solam duritiam continet. l. 7. de Servi Export. remittere, quaz  
furem a rei subrepta restitutione liberare velle presumitur. Argum. l. 26. de Probation.  
Nec tunc obstat, quod siquis a fure adversario furtum non fecisse juraverit, per juri-  
randum, quod per se cadit, et ad eam rem restringitur, super qua jurandum est. l. 28. S. 5.  
l. 36. de jurejur. tam conditio furtiva, quam furti actio extinguitur. d. l. 13. S. 2. eodem.  
Nam quoad hanc partem elegans inter pactum, et iurjurandum discrimini ratio occurrit.  
Furtiva conditio non minus quam furti actio penali nascitur ex ipso furto, et iurjuran-  
dum ad iurata rei iudicata, qua pro veritate habetur ex mutua conventionione, utriusq.  
actionem extinguit; Neutra enim in presuppositione furti non committi n. posse compe-  
tere; pactum autem ex contrario non supponit furtum committum non esse, imo tran-  
sactionis causa interpositum furti confessionem inducit ex dictis preced. cap. num. 10.  
et ex liberalitate provenit, si non furti confessionem obtinet, nec etiam furtum committum  
non esse supponit, et furti conceptu sublato ex voluntate paciscentium ad penalem  
furti actionem restringitur, nec ad furti conditionem porripitur, nec huiusmodi iur-  
jurandi, et pacti differentia obicit tñ. in l. Si quis. 52. S. Si quis. 27. de furti, ubi  
si quis juraverit, furtum non fecisse, furti actione pro empti re persecuti tantum  
Domino servare dicitur; Nam omnia Adversarij divinatione, et Vulgata lectione,  
quam offerunt Taber in Rationali ad rom. in l. 13. S. 2. et Arias de Mera lib. 2. Na-  
xiaz. resolut. cap. 15. num. 16. Florentina lectione retenta, ejus sent. hac est: Si quis re  
furtum non fecisse juraverit, licet postea rem furtivam contraeret, furti quidem acti-  
one teneretur, quo nomine unam quamque actionem, qua ex furto nascitur, penalem scilicet  
cet, et rei persecutoriam intelligo, cum novum in fure non sit, ut furti actioni appe-  
llatione etiam conditio furtiva denotetur. l. Si quis. 27. de furti. Donell. lib. 34. cap. 3. Om-  
cere; nec enim qua libet contraeratio furtum inducit, sed ea demum, qua fraudulosa  
est; iurjurandi autem contraeratio secuta a fraude proximi est aliena: quod ergo in  
fine tñ. dicitur, rei persecutionem Domino adhuc superesse, non ad furtivam condit.  
per iurjurandum est referendum, sed ut recte in hac parte docent cum Antiquiorib.  
Taber, et Arias de Mera ubi nuper, ad rei vindicationem, qua cum non ex furto prove-  
niat, sed ex dominio. l. 22. de rei vindic. etiam furti conceptu per iurjurandum excluso,  
et furti actione furtiva cum condicione sublata n. adversus eum, qui juravit, n.  
tanquam furem, sed ut possessoriem pone exerceri.

Num. 3

Hæc ipsa Regula, pactum videlicet ad  
rem solum in eo pertinere, dubitandi occasionem praebuit Paulo in l. 27. S. 5. hoc tit.  
ubi cum is, qui decem debebat, de viginti non petendi pactus esset, de pacti Validita-  
te quærebatur, an ex eo inutile videatur, an non de decem debitu, sed de viginti in  
obligatione n. deductu n. petendi committi. Merito tamen Paulus decidit in decem  
pacti, vel doli (n. quidem subdiciariam, qua n. indicare videtur Cusac. lib. 23. Pauli ad  
Edict. in eo tñ, sed ut docet Iulius Pacius generalem, qua cum pacto, et quavis alia ex-  
ceptione concurrat. l. 2. S. et 5. de Doli except.) Exceptionem competere, quia in majori  
summa et minor continetur. l. 4. S. 2. de V. O. l. 1. de Reg. Jur. et quia de viginti n. peten-  
di pactus est, et ipse de decem n. petendi pactus dicitur. Argum. l. 3. S. 5. de adimend. leg.  
facit etiam ad rem legata liberationi exemplum; Nam siquis cum decem debet,  
damnatus sit hæres de viginti liberare, liberationis legatum in decem continetur. l. 7.  
S. 2. de Liberat. leg. ubi rationem ex Iuliano praerat Vlpianus, quia si decem debitori vi-  
ginti accepto ferantur, in decem subjicitur acceptilatio. l. 15. de acceptilat. qua tanquam  
dumtaxat obligationes extinguit, de qua extinguenda inter pactum actum est. l. Plu-  
ribus. 6. eodem, quem non sic intelligatur, quasi acceptilatio inutilis quidem sit in ratione  
Acceptationis, quia tanquam actus legitimus, et individui non potest pro parte valere,



et pro parte non valere; efficax tamen sit in ratione taciti pacti de non petendo, et sic  
non plenam, sed in perfectam liberationem perducatur, ut exiit in Faber in Rationali ad  
tom. in d. l. 27. §. 5. h. tit. Paulum referens in l. Nisi. 19. de Acceptilat. Nam acceptilatio est  
actus legitimus in decem ut potest comprehenditur in viginti utitur et in ratione acceptilationis,  
nec pro parte, sed in totum subicit respectu totius debiti quantitatis. Nec magis huc  
referendus Paulus in d. l. 14. quem longe apertius sensu explicuimus cap. num. 3. Progre-  
ditur Consultus in d. l. 27. §. 5. Veri. Item casum interuentem, et quod sit, si cum viginti debe-  
rentur, de decem non petendi pactus sit, an utile pactum sit. Et respondet, pactum in id  
prode, ut reliqui decem cum effectu peti possint, non quia in minori summa maior con-  
tineatur, sed quia quemadmodum parti ejus, aut obligati certam. posse remitti. l. 2. in prin.  
de Liber. leg. et per solutionem consentienti creditori factam, aut per acceptilationem ex-  
tinguit. l. 9. §. 1. sic intelligit. de Solution. l. 9. l. 10. l. 13. §. 1. et 2. juncto Galbano de Vusu. cap. 2.  
num. 9. et §. 5. l. 11. de acceptilat. sic et pactum ope exceptionis. Unde ultra Interpp. infero,  
quod quemadmodum si pro eo, quod debetur, accepto feratur, ipso Iure pro parte sublata  
obligatione creditor solidam summam potest petere licet amitteret. §. 33. Inuit. de Acti-  
one debiti parte per liberationem remissa creditor integram summam petere licet ami-  
sit, quia plus peti pro parte, quae in effectu parte pactum non debetur; pena etenim plus  
petentium non modo huius infingeretur, qui partem omnino indebitam petunt, sed et huius  
qui partem petunt, quae per solutionem indebita constituitur, siue exceptio ipso Iure  
inuit. l. 4. de Compensation. siue in iudicio debeat opponi, ut probatur ex §. 10. Inuit. de  
Exception. idque sibi voluit Paulus in l. 27. §. 5. dum dicit, quod per exceptionem in iu-  
dicio opponendam efficitur, ut creditor reliquam summam in pacto non comprehen-  
sam exigere tantum possit, ubi observanda est Consultus elegantia, qui non loquitur  
de Exceptione in iudicio iam opposita, cum per eam efficeretur, ut creditor licet pro-  
sus amitteret, sed de opponenda ejus mente efficitur, ut summam solum in pacto  
non comprehensam creditor exigere.

Num. 4.

Ad praesertim supra regulam ejusdem Pauli in  
d. l. 27. §. 6. et 7. auerit Consultus in d. §. 6. quod pactum de una re non petenda ope ex-  
ceptionis in totum alternativam obligationem dissolvit; Nam sicut solutione, et  
acceptilatione unius rei tota obligatio dissolvitur, ita et per pactum de una re non  
petenda interpositum tota obligatio submouetur. Quam Pauli sententiam ad eum casum,  
quo electio ad debitorem pertinet, restringunt Cusac. lib. 3. Pauli ad Edict. in d.  
§. 6. Iulius Pacius in d. §. 7. Ouald. lib. 16. cap. 21. tit. K. Chenus lib. 1. Interpretat.  
cap. 5. num. 15. Nam cum in alternativis obligationibus electio regulariter sit debi-  
torum, nisi eam sibi creditor reservaverit. l. 10. §. 1. de Iure domum cum similibus,  
ubi debitorum est electio, ideo pactum de una re non petenda totam obligationem non  
extinguit, quia cum creditor non unam aliquam rem in alternativa obligatione  
contentam, sed alterutram petere debeat. §. 33. Veri. huius autem. Inuit. de Actionib.  
hoc ipso tanquam petenti rem, de qua non petenda pactus est, pacti exceptione repe-  
llitur, et alioquin si tota obligatio non dissolveretur, inutile pactum esset, cum eo  
etiam non interposito creditor non unam aliquam rem, sed alterutram deberet;  
at ubi electio ad creditorem spectat, pactum de re non petenda non in totam obliga-  
tionem dissolvit, sed rem, super qua fuit interpositum, ab obligatione subducit, quia  
creditor, cuius electionem esse supponitur, rem alterutram in pacto non comprehensam  
recte petit, quin timeat periculum exceptionis, quae intra fines rei in conventio-  
nem deducta concluditur, nec inutile pactum dici potest, quod quamvis non extin-  
guat, meminit tamen obligationis; Quam partem nuper laudat Interpretet denumunt  
ex eodem Paulo in d. l. 27. §. 7. ubi cum ex causa obligationis genuina electio ad credi-  
torem, qui eam sibi reservaverat, pertinet, pactum de una re non petenda extenuat,  
et quidem non extinguit obligationem: quod si affectio esset debitori, tota per pactum  
extingueretur, ac perinde idem de alternativa obligatione, quae non mutuum a generica  
dicitur



durat, dicendum est.

Hac tamen differentia in superhabita, generaliter Paulum accipio in d. 5. 6. ut subtilimus Goffredus in d. l. 7. §. 1. de liberat. leg. num. 23. et 24. Valentia lib. 2. Illustr. tract. 4. cap. 5. n. 8. cum quibus quidem auctores, quod siue ad debitorem, siue ad creditorem electio pertineat, pactum de una re non petenda in totum alternativam obligationem ope exceptionis dissolvit; quia cum utrumque sit in alternativa obligatione expressis verbis contractum, et singulas disjunctim debitas obligatio ita afficiat, ut earum quae libet integre comprehendat, et ab ea integre comprehendatur. l. 5. §. 1. Qui, et a quibus cum vulgo siue creditori esset electio. l. 7. in princ. de liberat. leg. juncto ibi Goffredo. num. 22. l. 17. de acceptilat. juncto Valentia, ubi supra, et Chesio lib. 1. interpret. cap. 5. num. 100. sic et pactum de una re non petenda non in totum alternativam obligationem dissolvit. Respondeo quod ad hoc ut creditor in rem alteram in pacto non comprehensam petens per exceptionem submoveatur, nulla pacti exceptione opus est, quod cum de una re in obligatione contenta non petenda fuerit conceptum propter alternativam obligationis naturam, quae singulas res et quae comprehendit, totam obligationem afficit, ut super omnibus singulis conceptum intelligitur. Gravior sane oritur difficultas ex d. l. 13. §. 6. de acceptilat. ubi ex Florentina lectione qui Stichum, aut decem fuit stipulatus sub eadem alternatione Stichum, aut decem accepto fuit, et cum Stichum pendente conditione decerneret, decem in obligatione manere vult respondit, perinde ac si acceptio interposita fuisset, quem dum noviter exponendo, hujusmodi acceptio ideo fuit inutilis, quia fuit sub alternatione concepta, sub quo non magis imaginaria, quam vera solutio fieri poterat, ut explicat Pacius in d. l. 27. §. 6. h. tit. ac per consequens in vim taciti pacti de non petendo debuit consistere ex his, quae dixi cap. n. 2. Et tamen tacitum pactum de alterutra re non petenda non extinguit alternativam obligationem: quod multo minus pactum de una re non petenda in totum alternativam obligationem dissolvit. Verum respondeo quod si florentinam lectionem sequamur, non proponitur acceptio sub conditione concepta, alioquin in vim taciti pacti liberatorij subniteret, quod sub alternativa concipi nihil prohiberet, et decedente Stichum existente postea conditione in decem ope exceptionis obligationem extingueret, imo simpliciter fuit interposita; quod enim ibi dicitur, stipulatus Stichum, aut decem accepto, non sic accipiendum est, quia si stipulator haec duo disjunctim, sed quasi unum ex his simpliciter accepto fecerit, ut interpretatur Goffredus ad Pandectas, et quod postea subjicitur, si pendente conditione Stichum acceptilatum decerneret, et decem in obligatione manere, tum solum procedit, cum Stichum acceptilatus esset, quo casu cum Stichum, qui pendente conditione decerneret, etiam post ejus existentiam nunquam obitus dici potest. l. 8. circa finem princ. de Peric. et Commod. Rei Vend. obligatio, quae in ipso nunquam consistit, tolli per acceptilationem non potuit ex vulgo l. 116. de V. O. et Vulgarat. lectionem sequenti. Recte docent Cusac. et Faber in d. l. 27. §. 6. Valentia d. tract. 4. cap. 5. num. 11. alioquin si decem stipulata fuissent, quae perire nequeunt, et si Stichum existentis conditionis tempore in rebus humanis esset, in totum alternativam obligatio per acceptilationem fuit sublata.

Num. 5.

Sed licet pactum de una re non petenda regulariter in totum alternativam obligationem dissolvat, quia tamen ex voluntate patientium vires accipit, non in totum alternativam obligationem extinguit, sed rem solum, supra qua interpositum ab obligatione exprimitur, veluti si cum aliquo Stichum ut decem fuisset stipulatus, et inter eum, et primorem convenisset, non decem, sed Stichum praeraret, poterit efficaciter Stichum petere, quin per exceptionem submoveatur. d. l. 27. §. 6. Veri. Sed si h. tit. et pactum subniteret, siue stipulatorii, siue primorum sit electio; si non solum quia melior ejus efficitur conditio. l. 8. §. 8. l. 31. Veri. Quid ergo de fidejussoribus. Sed etiam quia stipulator si per verba futuri temporis trajectivae, succursivae, et extensivae

Num. 6.



habentia sibi electionem reservaret, etiam si semel electus vique ad huiusmodi contractationem variandi facultatem haberet. l. 112. de V. O. ubi Donell. et Giphani. Cusac. lib. 3. quæst. Papin. in l. 66. de Procurator. Cherius d. lib. 4. cap. 50. n. 84. potest pactum autem variare nequie, sed strictum qui se debet petere, etiam decem petat, pacti exceptione repellitur; si vero promissori sit electio, utile est pactum tam promissori, quatenus meliorem suam conditionem conficit. d. l. 8. §. 8. d. l. 34. de fidei iuribus. quam stipulanti, quatenus promissori, qui si electionem haberet propter simpliciter conceptam alternativam stipulationem, aut eam sibi per verba futuri temporis excepisset, potest ad solutionem variare. l. 106. l. 138. §. 4. sic intelligitur de V. O. Cusac. ubi supra, et cum pluribus Barbara in l. 5. de leg. 1. num. 9. quidquid contrarium dicat Giphani. in l. 112. de V. O. potest pactum variare non potest, sed strictum præcise præstare compellitur. Similiter et pactum subicit, si potest alternativam obligationem convenire, nec strictum de decem præstare. d. l. 27. §. 6. quod spes debitori nocere parum conspicere affirmat Faber in ejuſdem ratione. Nam si stipulanti sit electio, quamvis promissori non possit per quantitativum interitum liberari. l. 11. C. Si certum petari, et in hoc respectu non meliorem conditionem acquirat, quamvis nec ullum experiarum dependit, tamen alio sensu meliorem suam conditionem efficere dici potest, quatenus stipulator siquidem per verba futuri temporis electionem sibi reservaret, per pactum variandi facultatem amitteret; si autem promissori fuit electio, fateor, pactum stipulanti utile solum esse potest, non promissori, ut ex dictis facile colligitur, negatur in utile adesse esse, cum strictum exprimat ab obligatione, et replicationem pariat stipulanti, per quam exceptionem resolvat, si forte promissori plus causa stipulanti petere excipiat, nec sit de essentia pacti liberatorij, ut utilitatem afferat debitori, sed ut ope exceptionis obligationem vel extinguat, vel minuat. Ex quibus omnino Pacci in d. l. 27. §. 6. facile intelligitur tunc in l. 1. de Rescind. Vendit. ubi si potest alternativam contractam Emptionem inter Emptorem, et Venditorem convenire, idem si conveniret, ne alia rei Emptio maneat; si enim potest pactum totam proculdubio Emptionem dissolveret, ne alijus ex rebus Venditi Emptio maneat, ut explicat cum iudicio Faber in ejuſdem ratione (cujus doctrina mirifice confirmat interpretationem tunc in l. 13. §. 6. de Acceptat. anteriori num. traditam) ejuſdem rei nomine duntaxat, quæ in conventionem fuit deducta Emptionem resolvere, id Paulus aserebat propter patientium voluntatem, qui in ipso, quod unius duntaxat rei Emptionem non manere voluerunt, alterius rei Venditionem aperte affirmaverunt.

Num. 7.

Hæc in alternativa obligatione procedunt, circa genericam debilitatem est sententia Cusacij, et aliorum, quos num. 9. reverentius aserentium, quod pactum de una re aliqua non petenda, siquidem electio sit debitori, extinguit, si vero Creditori minuit duntaxat obligationem, ut non obicere colligitur ex l. 27. §. 7. h. v. ubi ait Paulus, quod si vis, cui homo generaliter debetur, de stricto non petendo pacificatur, strictum quidem petens pacti exceptione repellitur; alium autem hominem si petat, recte agit. In qua dicitur, quamvis simpliciter homo debeat generaliter, electio tamen creditori esse supponitur, qui naturaliter strictum, aut alium hominem determinate potest petere, sed hominem generaliter petere debet. §. 33. Veri. Præterea Inr. de action. et quia creditori fuit electio, pactum de non petendo stricto non extinguere, sed minuire potest obligationem: quod ex mente Pauli si electio debitori sit pactum de una re non petenda genericam obligationem extinguit; Differentia tamen rationem inter utrumque earum ex eo deducit Goffredus in l. 2. §. 1. de liber. leg. num. 1. cum 3. seqq. quod cum generica obligatio non copulative ad omnes species concipiatur, sed disjunctive ad unam de omnibus non quidem determinate, sed vage, et confuse, ita ut ab initio vaga solum, et confusa species debeat, quæ per exceptionem, aut solutionem determinatur. l. 13. de leg. 1. l. 66. §. 3. de leg. 2. l. 10. de Oprion. leg. l. 3. qui, et a quibus juncto Cherius d. lib. 4. cap. 5.



Cap. 5. num. 32. et lib. 2. cap. 8. et Retei lib. 2. Opuscul. cap. 6. et num. 30. quod si debitor homini,  
 cuius est electio ne stichus a se petatur, paciscitur, hoc ipso stichum elegit, qui semel electus  
 incipit determinare debere, imò et ab initio solum in obligatione fuisset retro creditus. d. l. 13.  
 et quemadmodum specifica obligatio per pactum de non petendo per exceptionem tolleretur,  
 sic et generica ad stichum electum determinate specifica iam per electionem effecta per  
 pactum de non petendo sticho ope exceptionis extingueretur, et ubi electio ad creditorem ex-  
 pectat, pactum de sticho non petendo non extinguere, sed minuire genericam obligationem  
 dici potest; quia nec stichus a debitore, cuius electio non esse supponitur electus potest,  
 nec magis a creditore, qui cum non facile pecuniam suam factare velle creditur. l. 1.  
 l. 25. de Probation. non extinguendi, sed extenuandi obligationem animo pactum in re-  
 lligitur. argum. l. 11. de adimend. leg. Quae conjectura in debitore, qui eligendi facultatem  
 habuerit, capi non potest, qui ex contrario plenius sibi consuluit, et eligendi, extinguen-  
 dique obligationem pacti iudicatur. Eadem in terminis acceptationis praestat Goffred. ubi  
 supra num. 11. et 19. Subjungit, quod cum acceptatio per praecedentem interrogationem,  
 et subsequenter responsum fluatur. l. 1. et 2. de Acceptat. ubi homini generaliter electio  
 creditori competit, debiti stichus accepto latu a creditore electus dici non potest; nam  
 cum debitori interrogatio, quae interrogationi debet esse conformis, electionem non conti-  
 net, imò ad stichum non dum debitum refertur, alioquin si creditori responsum ad  
 debitori interrogationem deveniret, inutilis esset acceptatio, quod docere videtur Vlp.  
 in d. l. 13. §. 4. de Acceptat. ubi si hominem stipulatus, stichum accepto tulit, ideo tota  
 extinguitur obligatio, quia quod inuito stipulatore solvere promissor potest, id est accep-  
 tilatus obligationem extinguit, cum sit eo solum casu, qui hominem promittit stichum  
 merito stipulanti posse solvere, quo eligendi facultatem habuerit: q. cum deest et ta-  
 men inde sumat Vlpianus, quod stichum merito stipulanti promissor solvere  
 potest, sentit tum demum per acceptationem unius speciei totam genericam obli-  
 gationem extinguere, cum ad debitorem electio pertineat.

Num. 8.

Quae differentiae ratio a Gof-  
 fredo subtiliter excogitata, vera quidem est in terminis pacti de non petendo, et sic am-  
 plius explicatur, ubi debitor homini, cuius est electio ne stichus a se petatur, paci-  
 scitur, creditorem potest hominem generaliter petentem posse submovere excipiens se  
 stichum jam elegisse, de quo non petendo convenerat, non idem dici posse, si credito-  
 rum fuerit electio, qui si post pactum de non petendo stichum alium hominem speci-  
 aliter petat, nulla exceptione repellitur; quia cum generica obligatio nullam spe-  
 ciem determinate ante electionem comprehendat, pactum de una aliqua specie non  
 petenda, quod electionem inducit, nec afficit totam obligationem, nec ad aliam speciem  
 extenditur; unius tamen speciei acceptatio, quidquid dicat Goffred. et Cusac.  
 indistincte sive debitori, sive creditori sit electio, totam genericam obligationem  
 extinguit, ut tenet Valentinus ubi supra num. 10. q. 1. nisi per veram solutionem unius  
 speciei generica dissolvitur obligatio, sic et per acceptationem, quae imaginaria solutio  
 est. Nec obstat Goffredi consideratio; nam et si electio sit creditorum, cum debitori  
 interrogatio sit quidem de sticho non dum determinate debito, in id tamen tempus  
 confertur, quo stichus per electionem creditori incipiat debere determinate, ut cum  
 responso interrogationi conveniat, acceptatio totam genericam obligationem di-  
 solvit. Nec Goffredo magis juvat d. in l. 13. §. 4. de Acceptat. ubi quia simpliciter  
 generica stipulatio fuit concepta, et electio ad debitorem pertinet. Vlp. ut doceret  
 speciei acceptationem in totam genericam obligationem dissolvere tanquam a mi-  
 nori ad maius, sic arguit: Solutionem speciei etiam inuito creditore factam gene-  
 ricam obligationem priorum extinguere certum est: q. per speciei acceptationem, quae  
 etiam creditori convenit praesertim, fortiori ratione genericam obligationem in totum  
 debet extinguere. Ex huiusmodi Vlp. dixerunt non deducitur, quod si electio ad credi-



tozem expectat, speciei acceptilatio non in totum genericam obligationem diuolvat, imo  
contrarium inferri pro argum. non quidem de minori ad maius, sed ab identitate ra-  
tionis in hunc modum, Vbi creditus est electio conuenienti creditori speciei facta solu-  
tio totam genericam obligationem extinguit: q. in eodem terminis speciei facta acceptilatio  
in totum genericam obligationem diuolvit =

N. 9.

Verum huic, quae diximus, opponi videtur l. 27.  
hoc tit. l. 18. de Optione leg. ubi homine generaliter legato Pamphili repudiatio adeo inu-  
tili esse dicitur, ut nec extinguat, nec minuat, imo ipse Pamphilus eligi adhuc poterit.  
q. similiter pactum de una aliqua specie non petenda nec diuoluerit, nec extenuare posse  
genericam obligationem. Cui difficultati ex mente Cusacii, Pajij, et Antonij Fabri ind.  
§. 9. quod sequitur D. Laxiategui lib. 5. select. cap. 2. n. 9. et to. Resp. quod licet pactum de  
una aliqua specie non petenda genericam obligationem aut extinguat, aut minuat. jux-  
ta dicta num. 7. Vnus tamen speciei repudiatio genericum legatum nec diuolvit, nec  
extenuat, siue electio sit haereditas, veluti si per vindicationem legatum relictum sit.  
juxta receptam in Schola nostra distinctionem, quam defendit Cusac. ad Pandect. in  
l. 32. de legat. et ad African. in l. 108. §. 2. de leg. 1. Merill. in So. decurion. Ius inian.  
in l. 4. C. de Verb. Signif. num. 17. et lib. 3. observ. cap. 10. Omuald. ad Donell. lib. 8. Comment.  
cap. 19. lit. K. quod cum id duntaxat possit repudiari, quod potest agnoscere. l. 26. §. 1. de leg.  
juncta l. 18. de acquir. haeredit. Ex causa legati generici nulla speciei ante legati electionem  
determinate debetur, siquidem electio sit haereditas, contra, quod ante electionem legatarius  
speciem, quae nec determinate debetur, nec magis potest agnoscere, non nisi frustra repudiat,  
cum repudiatio nec haereditas, cuius nullum factum interuenit, electionem praesupponat,  
nec magis legatarius, qui cum haerede pactus non fuit, ab hujus speciei haerede postea elec-  
ta per se questione submoveatur. Similiter si legatarius sit electio, speciei repudiatio  
inutili est; siue etenim semel legatarius elegerit speciem nondum in legato determina-  
te contentam inutiliter repudiat. argum. l. 1. §. 1. de Success. Edict. praecipue cum repu-  
diatio electionem, cui omnino contraria praesupponere non est, legatarius eandem  
speciem recte petit ab haerede semel electam speciem, vel genericum legatum repudi-  
averit =

N. 10.

Ex eadem, quam explicamus, Regula dubitandi rationem derumit Paulus  
ex duplici specie, quam expargit ind. l. 27. §. 8. hoc tit. et haec est: Pactus fuit qui  
ne haereditatem peteret, quaeritur, an singulae rei haereditariae peteri quasi haeredi-  
tatis exceptione repellatur, et cum haereditas a singulis rebus haereditariis dicitur.  
l. 50. de Pet. haeredit. §. 1. Invis. de Rebus corpor. et incorporat. dicendum videbatur, pac-  
tum de non petenda haereditate ad rei singulas pertinere non posse juxta superiorem  
Regulam, quae affirmat, pactum ad rem in conventionem comprehensionem restringi, nec  
ad rem aliam extendi; Contrarium tamen Paulus respondit; quia licet haereditas  
differat a rebus haereditariis, si, qui haereditatem se non petuntur paciscuntur, si ipsa  
de singulis rebus haereditariis, in quibus tota haereditas utilitas consistit, non petenda  
pactus censetur, et ubi rei singulae haereditariae tanquam haeres petit, ipsam haeredita-  
tem petere intelligitur, cum autem rei haereditariae tanquam haeres petere non possit,  
quae si vera haeres sit, et quia contra pactum venit, pacti exceptione submoveatur,  
quae proprie si non tanquam haeres, sed ex alia causa, veluti emptori, aut donatori  
singulae rei haereditariae petentur, cum non ideo petere haereditatem videatur, submo-  
vere per exceptionem non poterit, ut advertunt Cusac. lib. 30. Pauli ad Edictum ind. l.  
27. §. 8. h. tit. et Faber in ejus tit. Rationali. Sed opponi videtur l. 3. et l. 7. §. 4. de excepte.  
Rei judic. ubi pro Regula traditur, exceptionem obitare, quoniam inter easdem personas  
eadem quaeritio revocatur, quamvis alio genere iudicij, et exemplum subjicitur, veluti  
si haereditate petita singulae rei petantur, aut singulis rebus petita haereditas postea  
petatur; Unde colligitur, quod si, qui cum haereditatem peteret, nec in iudicio fuit,  
rei singulae non eodem, sed alio iudicio, et sic non tanquam haeres, sed ex alia causa pe-  
terit, rei iudicata exceptione submoveatur, Iure sic: Rei iudicatae exceptio ad iurata  
Excep-



Exceptionum pacti conventi rei identitatem desiderat l. 12. et 13. eodem. Donell. lib. 22. cap. 5. et tamen is, qui in iudicio petitionis hereditatis succumbit, et postea n. tanquam haeres, sed ex alia causa petierit, res singulas hereditatis opponit: q. idem de pacti conventi exceptione dicendum est. Verum facile resp. quod dicitur rei iudicatae exceptionem obitare, quoties inter easdem personas eadem causa, quamvis diverso genere iudicii, revocata sit ita accipiendum esse, si eadem causa sit petendi. l. 5. l. 14. de except. rei iudic. alioquin si diversa sit causa petendi ex eo, quod inter easdem personas diverso genere iudicii, quatio revocatur, exceptionem n. nocere compertum est, ut probant rōi. in l. 54. §. 2. l. 14. §. 2. juncto ibi Cusacio in d. l. 27. h. tit. Ex qua doctrina facile explicantur rōi. in l. 3. et 7. §. 4. de except. rei iudic. in quibus aseritur, quod si hereditate petita singulae rei hereditatis petantur diverso genere iudicii obitat exceptio rei iudicatae ita procedit, si in iudicio hereditatis victus postea in rem actione speciali singulas res vindicare coeperit earum dominium hereditario Iure a se acquisito contendens, quo casu licet diversum sit vindicationis iudicium reale particulare ab Universalis petitionis hereditatis; quia tamen eadem est causa petere id, quia Vtrumque iudicium in successionis Iure fundatur, rei iudicatae exceptioni locus est. Aliud proculdubio procederet, si victus in iudicio petitionis hereditatis singulas res ex alia causa vindicaret, cui exceptio rei iudicatae non noceret, a qua in proposito pacti conventi exceptionem non differre ex dictis satis apparet =

Num. 11.

Secunda species a Paulo relata in d. l. 27. §. 8. h. tit. sic se habet. Pactus qui fuit de fundo pacto n. petendo, quatio an ejusdem fundi usufructum postea petens per pacti exceptionem submoveretur? Et respond. pacti exceptioni locum esse, quod sic intelligendum existimo, si is qui n. fundum petierit, pactus esset, ex eadem causa usufructum petat, ex qua fundum ante pactum petere poterat, exceptione repellitur, quia similis est ei, qui de toto non petendo pactus ejusdem totius partem postea petit, cum usufructus, ut pote omne rei emolumentum constituit, pars sit fundi. l. 26. §. 2. de leg. 2. l. 36. de Verb. Obl. l. 10. §. 2. de fidejussorib. de quorum Iurium conciliat. cum l. 2. de Usu. l. 66. §. 6. de leg. 2. et l. 13. §. 2. de acceptil. consulendus Galban. de Usu. cap. 2. n. 6. alioquin si non ex eadem, sed ex diversa causa usufructum petat, per exceptionem n. submoveretur. Veluti si cum fundum se non petiturus pactus sit, usufructum postea tanquam personalem servitutem petierit; quam distinctionem praeter pacti exemplum mihi pbat l. 21. §. 8. de except. rei iudic. exceptio, qua obitat partem petendi totius, quod ante petierat. l. 1. in prin. eodem. in fundi petitione victus usufructum postea petenti ita detinetur nocere dicitur, si ex eadem causa, ex qua fundus fuerat petitus, n. n. ex diversa usufructus postea petatur. Unde infero falsum esse Pacium in d. l. 27. §. 2. h. tit. dum Paul. responso abutens in l. 66. §. 2. de leg. 2. discrimen constituit, inter usufructum et usum interesse nihil, sed illud expectandum duntaxat, an ex eadem, an ex diversa causa nascatur posteriori petitioni origo, ita ut si de fundo non petendo pactus qui n. ex eadem causa, ex qua fundus petere poterat, postea sive usufructus, sive per eum fundus iter, actumve viam coeperat petere pacti exceptione totius personalis, aut praedialis horum quidquam petierit, submoveri per pacti exceptionem non debeat, quod idem in rei iudicatae exceptione procedit, quin obitet rōi. in l. 16. de except. rei iudic. cuius est diversa species, et sententia, quam ibi explicat Cusac. ad African. Nec aliud in fundi debiti acceptilatione servatur, quae etiam respectu usufructus ipso Iure obligationem extinguit, ut advertit Cusac. lib. 3. Pauli ad Edictum in d. l. 27. §. 8. hoc tit. mentionem quam lib. 2. ejusdem Pauli ad Edict. in l. 4. de usufructu =

Tertia denique, et difficilis Pauli species in d. l. 27. §. 8. h. tit. sic proponitur. Pactus qui fuit, ne navem, aut aedificium peteret, hi post modum divolutis singulas tabulas, aut ligna petebat, quae abata, an recte peteret. Dubitandi ratio ex eo oriebatur, quod licet tabulae, aut ligna, quaedam quatenus navi, aut aedificio cohaerent, considerantur, integrales navi, aut aedificii partes sint; si tamen realiter, aut intellectualiter separantur, partes navi, aut aedificii dici nequeunt. l. 36. de Eviction. l. 23. de Vruap. l. 13. §. 1. de acceptil. junctis, UVA BHSC. Ms 614

Num. 12.



quæ dixi in academici de Vucapion. cap. 1. n. 4. et 5. ergo pactus ne navem, aut ædifici-  
um peteret, huius dissolutus, tabular, aut ligna recte petit, quin pacti timeat exceptionem,  
cum rem divivam in pacto n. comprehensam petat, ad quam extendi pactum non potest.  
Hoc ipsum acriter probare videtur exemplum rei iudicatae exceptionis; nam si in ædificij  
petitione victus, eo postea destructo singula peterit ligna, in ea conditione est, ut aliud  
petere videatur, ne per rei iudicatae exceptionem submoveatur. l. 7. §. 2. de except. rei iudic.  
pro cuius conciliat. cum l. 7. in prin. Veri. Item si quis, quamvis probabilis sit solutio Donelli  
d. lib. 22. cap. 5. quoad ædificium, quæ firmari poterat ex §. 1. in fine ejusdem l. 7. omnino Ori-  
ualdo ibidem. lit. 2. qui solutionem Donelli rejicit, nec tamen aliam assonat Socini, et  
Zasius in eodem tpo, prædictum Veri. Item si quis accipit de eo, qui in ædificij pe-  
titione victus ligna adhuc ædificio conjuncta postea petit, cui tanquam ejusdem rei  
quam primum petierat, integram partem petenti nocet exceptio rei iudicata: p. simili-  
liter qui ne navem, aut ædificium peteret pactus, huius dissolutus, tabular, aut ligna pe-  
tenti, pacti exceptio nocere non debet. Huius tamen rationibus in super haberi, rei pondet  
Paulus, ne navem, aut ædificium peteret, huius postea dissolutus, tabular, aut ligna petentem  
per exceptionem pacti repellit; Cujus decisionis ratio, omnino Cusacio lib. 3. Pauli ad Edict.  
in d. §. 8. ex eo provenit, quod quis de ædificio n. petendo paciscitur, hoc ipso de lignis se-  
paratis non petendi pactus intelligitur, et ne sive ædificium petat, sive separata ligna,  
quæ jam ædificij parte non sunt, pacti exceptione submoveatur, dummodo ex eadem  
causa separata ligna petenti, ex qua ædificium, dum constat, possit petere, ut nec est  
ædificij, aut ligni, etiam licet separati Dominus sit, et conitante ædificio de eo non  
petendo paciscitur, ut ipse de lignis separatis non petendi pactus iudicatur; quia cum  
idem jus ad ligna quoad ædificium habuerit, omne illud per pactum remittitur,  
nisi aliud specialiter actum sit. Quæ limitatio ad duplicem accedentem speciem etiam  
referenda est, quinimo nec ab eo casu de lignis separatis pactus dividi potest, qui  
nec ædificium petere pactus sit, quinque lignorum n. minus quam ædificij Dominus  
sit, ut Faber advertit in Rationali ad tom in d. l. 27. §. 8. h. tit. Aliud enim exem-  
plum occurrit, veluti si is, qui ædificium emittet, de eo non petendo pactus sit, qui  
cum ex eadem causa emptio. separata ligna petere possit. argum. l. 23. §. 1. de  
Vucapion. de his similiter n. petendi pactus intelligitur. Nec contrariuz in rei  
iudicatae exceptione procedit, quæ ideo in l. 7. §. 2. de except. rei iudic. n. nocet  
ei, qui in ædificij petitione victus separata ligna postea petat, quia ponendum est,  
eum lignorum Dominum esse, ædificij autem Dominum non fuisse. juxta terminos  
tot. in l. 23. §. 1. de Rei vindic. §. 29. Inrit. de Rerum divisi. alioquin si lignorum  
separatorum, et ædificij Dominus esset, in ædificij petitione etiam ligna in causa  
separationis comprehendere diceretur, et semel victus ex eadem causa dixit  
ædificio ligna petens per rei iudicatae exceptionem repelleretur, juxta quem for-  
san casum intelligi noviter potest tot. in l. 7. in prin. Veri. Item si quis de except.  
rei iudic. si Socini, et Zasio interpretatio alicui dupliciter =

N. 13.

Succedit jam circa  
secundam nostri capituli partem altera ejusdem Pauli regula in l. 59. hoc tit. scilicet  
quia per eos possumus pacti exceptionem acquirere, per quos nobis regulatio potest  
acquiri, ut ecce filij fam. vel servi, qui stipulantes actiones Parentibus, aut Domi-  
ni acquirant. l. 38. §. 6. de V. O. paciscentes etiam exceptionem acquirant, quam-  
vis deteriorum Parentum, aut Dominorum creditorem non magis per pactum, quaz  
per promissionem possunt efficere, ut dixi cap. 2. num. 2. et 3. Hinc servi, aut homo li-  
ber bonafide possessor, aut servus fructuarius, qui ex re bonæ fidei possessoris, aut fruc-  
tuarii, vel ex operis sui dominiuz, aut obligatione acquirant bona fidei possessoris,  
aut fructuarius. l. 10. §. 3. et 4. de acquir. rer. dom. §. 4. Inrit. Per quas person. cuiq.  
acquirunt. §. 1. et 2. Per quas person. obligat. sive à bonæ fidei possessore, aut usufructu-  
ario petatur, eius pacti exceptionem acquirunt l. 19. Veri. Idem est. l. 55. hoc tit. l. 23.  
de Usufruct. argum. l. 11. de acceptat. non quia ex operis sui acquirant, quasi  
pactum sit in opera servili, ut Faber dicebat in Rationali ad l. 51. hoc tit. Nam imò  
pactum servili opera dici non potest. arg. l. 15. de acquir. hered. junct. Vinnio in §. 4.  
Inrit. Per quas



Per quas person. Sed quia ex re bona fidei possessori, et fructuarij acquirere intelliguntur,  
quia ut docet Cusac. lib. 35. Diger. Julian. in d. l. 55. liberatio de re ad eos dumtaxat perti-  
nente, obligatione videlicet, a qua proprietarius utpote non obligatus liberari, utpote ex  
eadem ratione in pacti replicatione hoc ipsum servatur in d. l. 55. juncti, quae dicitur pro  
explicitat. in d. l. 21. §. 1. h. tit. cap. 2. n. 4. Ex quibus intelligo tom. in l. 63. de Solutionib.  
ubi si debitor servus, fructuarius potest a servo per acceptilationem liberari, quia ex re  
ejus acquiratio procedere videtur, et idem in pacto dicendum esse concluditur; Quae  
quidem decisiō accipi non potest de mixta obligatione fructuarij proprietarij per ser-  
vum acquirata, tum quia tam naturali, quam civili obligatione proprietarij quanta  
ex traditi a Sarrategi lib. 1. Select. cap. 7. num. 6. nullo sensu servi debitori fructuarij  
esse potest, tum quia proprietarij semel quantaq obligatione nec ejus jure potest servus  
per acceptilationem extinguere ex regula l. 22. de acceptilat. accipienda ergo necessariō  
est de naturali obligatione tantum, quae cum Dñi per servum n. acquirat in Vexidri  
sent, quam late fundat Sarrateg. d. lib. 1. cap. 6. num. 1. utpote novum, et inevitabile funda-  
mentum ex nra l. 63. Si debitor potest a servo per acceptilationem extinguere, aut per pac-  
tum in rem scilicet conceptum, quod ad instar acceptilationis ipso iure naturalem  
obligationem dissolvit, ut cap. 2. num. 4. fundari, et in hoc sensu ait Paulus in d. l. 63. idem  
in pacto, ac in acceptilatione dicendum, quatenus una, eademque est in pacto liberatorij,  
et acceptilationis, quatenus de extinguenda naturali obligatione solum tractatur =

N. 14.

Ex contrario autem extraneus, qui nec al-  
terum obligare, nec obligationem ei potest acquirere l. 38. §. 1. et 17. de V. O. cum similibus  
paciscendo alteri nec prodesse, nec nocere potest; pactum enim de persona ad personam  
nec magis quam de re ad rem debet extendi. l. 21. §. 4. Veri. A nec omnia hoc tit. l. 73.  
§. 17. de Reg. Jur. ut pone unum ex heredibus paciscendo nec coheredibus prodest, nec nocet  
l. 7. §. 6. Veri. quod hoc tit. l. 17. §. 1. C. Inter alios acta, vel judic. Similiter pactum ejus,  
qui alienam hereditatem possidet, vero heredi hereditatem evincenti nec prodest, nec  
nocet. l. 17. §. 6. hoc tit. l. 3. §. 17. de Transaction. l. 24. juncto ibi Cusacio. C. hoc tit. Sed  
Opponitur tom. in l. 22. Veri. Idem est de Constit. pecun. ubi si hereditarius debitor hære-  
ditarij possessionem se solviturus constituerit vero heredi, qui hereditatem postea evincit  
constitutus prodesse. Pro cuius solutione omnium quae tradunt Cusac. in l. 17. §. 6. hoc tit.  
Faber in ejus tom. Rationali, et ad d. l. 22. et lib. 15. Conject. cap. 5. Duaren. in paragra.  
ad tit. de Constit. pecun. cap. 8. Olea de Cessione Jur. tit. 4. in Miscellan. n. 18. et 19. Cui  
quaxiura Verum constitutus pactum possessori hereditarij submittit, et an constitutus  
pecuniae actio ex ea causa vero heredi hereditatem immiscens competere possit,  
multum interese existimo, an debitor hereditarius possessor hereditarij, cui se  
solviturus constituerit, heredes n. esse sciverit, an heredes esse existimaverit, ita si  
cum heredem esse sciens, et se solviturus constituerit, constitutum quidem constitat, cum  
et etiam, qui creditor non est, quod alius debet, recte constitutus. l. 5. §. 2. de Constit.  
pecun. Vero autem heredi hereditatem postea evincenti prodesse non potest, si vero eum  
heredem esse existimaverit, ejus voluntas debeat expectari, qui si perione affectione mo-  
tus possessori hereditarij se solviturus constituerit, inutiliter constitutus dicendus erit.  
argum. l. 17. eod. tit. juncto Fabio in Ration. ad tom. in d. l. 22. Si autem propter  
affectionem defuncti, ut vberiorum ejus hereditatem redderet, hereditatem possessori,  
quem heredem esse crederat, se solviturus constituerit, constituta pecuniae actio ha-  
reditarij statim acquiratur, et in verum heredem hereditatem postea evincentem  
transferatur. tom. sic ex mea sent. intellig. in d. l. 22. quia hereditarij possessor sicuti  
posse dominij acquirere, ejusque utilitates augere. l. 20. in prin. et §. 1. de Per. et hered.  
Sic et constituta pecuniae actio hereditatem parare ex regula tom. in l. 15. de Constit.  
nec nunquam possit, prodesse aliquando tamen poterit; sic licet si hereditarius credi-  
tor defuncti affectione promissus, ut hereditatem exponeret a possessore, quem ha-  
redem falso existimabat, n. periturum paciscatur, quo casu pacti exceptio hereditarij



quaritur, et in verum heredem transfunditur, et hanc limitationem pariter generalitas  
tota in l. 17. §. 6. h. tit. quam probo ex l. 3. §. 1. de Transact. ubi ei, qui se legitimum heredem  
esse iactabat, liberata transactio non prodesse dicitur, quia eius negotium postea genuerit,  
transactio vero heredi prodesse, ut ad rem cum iudicio expendit Valerius de Transact.  
tit. 4. quest. 6. n. 34. et 54. cum quo praesentem difficultatem per integram questionem late  
tractatam in hoc duntaxat conventio; atqui si hereditarius debitor propter affectu-  
onem defuncti de non petendo pacificatus, hereditarius possessor eius negotium gerere ne-  
gari non potest: ergo pacti exceptionem acquirat hereditari, quam postea in verum heredem  
evictione secuta transfunditur.

N. 15.

Sed licet pactum liberatorium extraneum nec nocere  
possit nec prodesse; heredibus tamen, qui unam, et eandem personam cum defuncto conti-  
nuant Iurisdictione, dummodo in rem conceptum sit, prodesse, aut nocere, sicut in per-  
sonam. l. 17. §. 3. cum 4. seqq. juncti, quae dicitur in cap. 1. n. 18. l. 29. §. 4. l. 40. §. 1. et 17. hoc  
tit. l. 20. §. 1. de Pacti dotalib. l. 2. §. 1. argum. l. 8. §. 3. et 4. l. 15. l. 20. de liberat. leg.  
Cuius adversari videtur tota in l. 19. §. 2. et 21. hoc tit. in quibus si filius fam. ne a se  
petatur personam pacti, si Patri de peculio, aut de in rem verso, aut tanquam filij de-  
fensor conveniatur, et heredi Patri vivo filio pactum prodesse dicitur in tota in l. 22.  
§. 1. hoc tit. ubi servus ne a se petatur, in personam pacificatus, quamvis pactum in eius  
persona sit. ex dicti cap. 2. num. 4. doli tamen exceptio Domino competit: ergo simili-  
ter pactum in personam conceptum heredibus debet prodesse. Recte tamen Cusacius  
lib. 3. Pauli ad Edict. ind. l. 21. et Anton. Faber in eius tom. Ration. Respondens, quod  
pactum liberatorium, et si personale quemadmodum vivente debitore procuratore, et  
defensore competit, qui eius nomine conveniatur, ejusque vicem subinet. argum. l.  
§. 1. de Procurator. l. 23. junctis l. 25. de Re judic. cum similibus, sic a filio fam. in per-  
sonam conceptum Patri, sive voluntarie tanquam defensor in solidum iudicium sus-  
cipiat, sive de peculio, aut de in rem verso actionem patiatur, quia filij nomine,  
et ejus tractu conveniatur, et heredi Patri, qui similiter intra annum conveniatur  
de peculio. l. 1. §. 4. Quando de peculio actio annalis sit, dum filius vivens, debet  
prodesse; post ejus autem obitum Exceptio Extinguitur, nec Patri, et si de pecu-  
lio conveniatur, amplius competit; si vero Pater actione quod sum conveniatur,  
Exceptio ei non competit. argum. l. 63. §. 2. Pro Socio, et quamvis pactum in perso-  
nam a servo conceptum tanquam in ejus persona inerte, summo Iure nec Domi-  
no prodesse non debeat, Equitate doli Exceptionem producat, per quam Dominus, qui  
ex contractu servi conveniatur, quandiu is vivens, adversus creditores defendi-  
tur. Huius tamen non leviter resistere videtur tota in l. 5. §. 3. de liber. leg. ubi filius,  
cui liberatio relicta proponitur, regulariter per acceptilationem liberatur, ut  
Pater etiam liberetur, nisi evidenti fuerit testatorum voluntas, ut filius duntaxat,  
non etiam Pater liberetur; tunc enim non per acceptilationem, sed per pactum  
filius liberatur, ne etiam Pater liberetur; tum si liberatio ad filij personam tantum.  
Relicta ad Patrem non extenditur: ergo nec pactum a filio in personam conceptum Pa-  
tri prodesse non poterit. Omnium Fabri Calumnias. lib. 10. Conjectura. cap. 11. facile rei-  
pondet in d. §. 3. propter evidentem voluntatem testatorum pactum sive in rem, sive in  
personam conceptum filio duntaxat, non etiam Patri prodesse, et idem in superio-  
ribus Iuribus dicendum fuisse, si eadem paciscentium voluntas intercedat.

N. 16.

Nec univocalibus duntaxat, sed et  
particularibus successoribus auctoris pactum prodesse conicitur ex l. 17. §. 5. hoc tit.  
particulares quidem successores sive onerosam, sive lucrativam causam obtineant,  
auctoris Iure utuntur. l. 13. §. 4. et 11. de acquir. posses. l. 9. §. 1. l. 11. §. 3. l. 28. de ex-  
cept. Rei judic. et pacti etiam personalis exceptione adjurantur. l. 17. §. 4. hoc tit.  
l. 8. §. 1. de Periculo, et Commod. Rei Vend. l. 17. §. 5. h. tit. Vero scilicet auctore, ex  
cujus persona pacti beneficio fruuntur. argum. l. 21. h. tit. l. 8. §. 1. de Peric. et  
Commod. Rei Vendit. ut docent Cusacius, Pacius, et Faber ind. §. 5. In de qua videtur, an post  
factam



factam cessionem actionum pactum cedenti cessionario noceat, aut prodeat? Pro cuius diffi-  
 cilitati quaestioni resolutione dicendum breviter est, quod si cesso ad cedenti commodum  
 sit facta, et non si intervenierit unus ex his, qui continentur in d. l. 3. C. de Donation. pactum  
 cedenti sive gratuitum, sive transmissionis causa conceptum nocet cessionario, sive ad Ce-  
 sionarij commodum gratuitum cedenti pactum cessionario nunquam noceat; transac-  
 tionis autem causa interponitur obstat cessionario, si debitor, cum cessionem ignorasset  
 cum cedente transigerit. l. vlt. de Transact. docent relati, et utiliter prosequente plu-  
 res, quos refert Valerion de Transaction. tit. l. quare. d. n. 28. et expediturimè D. Olea de  
 Cessione Iur. tit. l. quare. 2. per totam; Cessionarius autem nocet cedenti per doli mali  
 exceptionem. l. 16. hoc tit. ubi si emptor hereditatem cum debitore de n. petendo conve-  
 nerit, venditor hereditatem si petat, exceptione doli repellitur, sive actiones mandave-  
 rit, sive non, cum ex Rescripto Divi Pij emptori hereditarij ex propria persona utiles  
 actiones competant, et venditor facta suo causam dederit necessitati pactionis cum  
 emptore in eundem: Quia venditione non facta cum alio, quam cum vero herede  
 hereditarij debitorum potuerunt. Nec obstat, quod in d. l. 9. §. vlt. de except. rei judic. dicitur,  
 rei judicatae exceptionem, cui in plerisque similem esse pacti conventi exceptionem sapè  
 diciturimus, in terminis rei hereditariae venditae ab emptore ad venditorum reverti non de-  
 bere; Nam praeterquam tot. in d. §. vlt. n. de hereditarij, sed de alicujus rei hereditariae  
 venditione procedit, ut ad rem Pacius, et Faber in d. l. 16. ad eum casum debere restringi  
 ex mente Cusacij. 4. ad African. in l. 6. de Divers. et tempor. praescript. cui subicitur  
 D. Reter lib. 3. opuscul. ad libr. singul. quare. Scrv. publice tractat. in l. 14. §. 1. eod. num. 2.  
 quo rei vendita sine titulo, aut nova causa ad debitorum redierit, qui cum emptori  
 successor non sit, non possit ex ejus persona rei judicatae, aut pacti exceptione submoventur.

Sc. 17

Solet etiam aliquando extraneo pactum  
 prodere, si id scilicet pacipienti intererit, ut ecce pactum rei principalis, dummodo in  
 rem conceptum sit, etiam prodere fidejussori, si id pacipienti intererit, ut docet Paulus  
 in l. 21. §. vlt. h. tit. sic intelligitur cum Goffred. in l. 5. de liber. leg.; tunc autem rei prin-  
 cipalis intererit, cum fidejussor adversus eum habiturus mandati, aut negotiorum  
 gestorum actionem, ut idem Paulus explicat in l. 32. h. tit. et constat ex §. vlt. Inrit.  
 de Replicationi. juxta quam restrictionem intelligendi sunt tot. qui absolute avertunt,  
 pactum rei principalis ejus fidejussori prodere, affirmant l. 8. §. 1. l. 29. Mandati. l. 7. §. 1.  
 de Exceptioni. et qui liberationem reo principali relictae etiam fidejussori prodere  
 affirmant. l. 2. l. 10. de liber. leg. l. 19. de fidejussorib. tradunt plures congeri à D. Reter  
 in Manuscripti de fidejussori. cap. vlt. n. 6. Alia sane causa sit jurijurandi; quod  
 quidem non à reo in rem fuerit interpositum, cum solutionis loco cedat. l. 27. de Jurijur.  
 indistinctè prodere fidejussori, licet regressum non habeat adversus reum principa-  
 lem. tot. sic intelligitur in l. 28. §. 1. l. 5. vlt. eodem ex mente Fabri in eorum Ration.  
 Rursum superior distinctio in gratuito etiam pacto meo iudicio servatur, non in eo,  
 quod transactionis causa interponitur, quod cum quodam modo solutionis vicem  
 gerat, indistinctè fidejussori ejus perficere saltem pro rata, ejusque nomine datum sit.  
 tot. sic accipiend. in l. 7. §. 1. de Transact. Pro cuius explicat. Vidend. Valerion de Tran-  
 sact. tit. l. quare. d. per totam, et in l. 68. §. vlt. de fidejussori. Ita tamen non leviter reni-  
 titur difficultati tot. in l. 5. in prin. de liberat. leg. ubi reus, cui liberatio relinquatur, signi-  
 ficat fidejussor regressum adversus eum esse habiturus, per acceptilationem liberatur,  
 non aliòquin si fidejussor conveniri coeperit, alia ratione reus conveniatur; si vero  
 fidejussor adversus reum regressum non habiturus sit, non per acceptilationem, sed per  
 pactum reus liberatur. Nec obstat aut Vlp. quod vulgò dicitur, pacti exceptionem,  
 quae reo principali competit, etiam fidejussori competere; quia cum alia sit mens  
 leganti, alia pacipienti, nequaquam hoc dicimus. Ex Vlp. decisione duplex, et gravis  
 oritur difficultas. 1. ex eo quod cum Vlp. eo casu quo fidejussor adversus eum regressus esset  
 habiturus, reum non per pactum, sed per acceptilationem esse liberandum, quod ne aliòquin



N. 18.

Convento fidejussore seu etiam inquietaretur, sentit n. obicere, pactum rei principalis fidejussori etiam aduersus eum regressum habituro non prodere. 2<sup>a</sup> ex eo, quod eo etiam casu, quo fidejussor regressum non esset habiturus inter pactum ratione liberationis legata conceptum, et illud, quod ex alia causa interponitur, illud interesse Coniuncti affirmat, quod pactum ratione liberationis legata conceptum fidejussori regressum non habituro prodest: q<sup>o</sup> pactum rei principalis fidejussori prodest, quamvis regressum non sit habiturus, regressum autem habiturus n. prodest, quod praesertim distinctionem omnino destruit. Vtramque difficultatem agnovit Faber lib. 17. Conject. cap. 11. et prior subtilissime respondet, quod ubi fidejussor regressus esset habiturus, n. ideo seu per acceptilationem, et n. per pactum liberatus, quod si per pactum liberetur, pacti exceptio fidejussori n. competere; nam imo res per pactum liberata pacti exceptio fidejussori regressum habituro competere, sed quia plenissima liberationem a testatore relictam n. aliter consequitur, quam si per acceptilationem liberaretur, pacto etenim dumtaxat adhibito, quod imperfectam liberationem producit. d. l. 14. de acceptilat. junctis quae dicitur cap. 1. num. 3. Vtrique ipso Iure adhuc obligatus maneret, et molestia opponenda exceptioni obnoxius, et in hoc sensu eleganter dicit Vlp. in d. l. 5. de liberat. leg. liberatum rem principalem per pactum pone adhuc personam fidejussori inquietari. Quam Fabri interpretationem verissimam illud demonstrat, quod seu, cui liberatio relinquatur, et si fidejussorem n. dederit, ex testam. pone agere, ut per acceptilationem liberetur. l. 3. §. 3. de liberat. leg. ad hoc scilicet ut plenissimam liberationem consequatur, nec exceptionem opponere opus habebat; qua fortiori ratione seu, qui fidejussorem regressum habiturum dedit, debet per acceptilationem liberari, ne alioquin si per pactum liberetur, tam ex sua, quam ex fidejussori persona poterit inquietari. Posteriori difficultati, quam lib. 4. Conject. cap. non dum agnovit Faber, agnovit tamen lib. 17. cap. 11. n. 2. quae feliciter occurrit, et integrum contentum non Vlp. sed Tribon. adscribendum contendit. Vidit etiam difficultatem Goffred. in d. l. 5. num. 59. quam ut dissolvat, auerit, Vlp. differentiam statuere inter pactum ratione legata liberationis conceptum, et illud, quod cum n. ex testam., sed ex alia causa interponitur, et solum verificari, quoties diversa sit mens legantis a mente paciscentis, ita scilicet ut liberatio testam. relicta fidejussori regressum habituro debeat prodere. At nec huiusmodi solutio potest admitti, ea nunc admittitur, cum inter legatum liberationis, et pactum nihil interit, Verbi, et rebus differentiam apponit Cuius; cuius integra, veraque sent. ab Interpretibus n. percepta meo iudicio haec est; Dixerat initio, liberationem reo principali relictam fidejussori regressum habituro prodere; postea vero in Veri. Quid tamen ex contrario liberationem reo principali relictam fidejussori regressum habituro minime prodere, et rem per pactum liberandam affirmat. Obicit integram Iuris regulam, quae habet pacti exceptionem, quae reo competit, et fidejussori competere. Et objectioni n. obicere, sed elegantissime respondet, superiorum regulam cenare, ubi est alia mens legantis, alia paciscentis. Quib. Verbi inter legatum liberationis, et pactum nullum discrimen constituit, prout falsio crediderunt Interpretes. Sed praesertim regulam sic explicat, pacti exceptio ratione legata liberationis, vel aliunde reo principali competens, etiam fidejussori regressum habituro competit, quia ea sit mens legantis, aut paciscentis, aut rem liberetur, quam n. exceptio fidejussori competit, ne alioquin per medium ejus personae conveniatur, fidejussori autem regressum n. habituro competit, quia alia sit mens legantis, alia paciscentis, ideo qui liberationem legatam, aut de non petendo paciscentis, illud agit, ut rem liberet, qui cum fidejussori non timeat regressum, per pactum omnino liberatur, et si pacti exceptio fidejussori n. competat: alia igitur sit mens legantis, alia paciscentis, quoties fidejussor regressum sit habiturus, alia, quoties regressum habiturus non sit, aut de non petendo paciscentis, rem liberare intendit, sed in priori quia n. aliter rem liberari poterit intelligi, quam si fidejussor liberetur, tam fidejussori, quam



Reo prope hunc censeatur, ut Virgine competat pacti exceptio; In posteriori autem, quia Reo omnino liberatur, etiam non liberato fideiussore, Reo dumtaxat, n. fideiussori consilium censeatur, et potest mentem legantii, et paciscentii pacti exceptio n. principaliter quanta ejus fideiussori in tali casu n. competit.

N. 19

Quod diximus, pactum rei principalis fideiussori Regressum n. habituro n. prodere, sic accipi debet, si n. ipso Iure, sed ope exceptionis principalem obligationem dissolvat, et in necessariis consequentiis fideiussoria obligationem, quia sine principali n. ponet ipso Iure dissolvi, et fideiussorem quamvis Regressum n. habiturum liberat, ut pone naturali obligatione principali dumtaxat per pactum ipso Iure dissoluta, fideiussor eo nomine acceptus, qui regressum habere non potuit. l. 25. de fideiussori. ipso Iure liberatur. et n. intelligi in l. 35. §. 4. de Solutioni juncti qua dixi cap. 3. n. 14 et similiber nuda obligatione nullo consensu contracta per pactum postea ipso Iure dissoluta, fideiussor, et n. regressum n. esse habiturum, tum ipso Iure liberatur, tum q. fideiussoria obligatio manere non potest principali soluta, tum quia pactum in his casibus solutionis, et acceptationis vicem gerit, ut expeditum sit Reo per solutionem, aut acceptationem liberato, fideiussori etiam regressum non habituro, etiam ipso Iure liberari. l. 5. de liberat. leg. Nec obicit t. in l. 11. de Iurejur. ubi naturali pupilli obligatione ipso Iure per iurjurandum extincta fideiussor n. ipso Iure, sed ope exceptionis liberatur. Nam vel cum Fabio in eju t. Rationali Respondenti ponet, fideiussor ipso quidem Iure liberari; Vel dicitur, per exceptionem liberari propter implicitam Fabri questionem d. l. 11. qua scilicet juratum sit, ex qua lege Iuri Civium sit delatum. argum l. 88. de Solut. Vel tentari forsan contra commune Interpretum placitum t. in d. l. 11. diminuta principali obligatione, cuius rei non leve fundamentum suppeditat, quod actio deducta supponitur, quae ex causa naturali obligationis n. nascitur, quo casu fideiussor, quamvis Regressum non sit habiturus, liberatur quidem ex dictis num. 11. n. tamen ipso Iure, sed ope exceptionis; Ex contrario autem quoniam pactum ope exceptionis principalis affirmat fideiussori n. habituro regressum prodere, cui exquirat semel exceptio facto debitoris, posteriori scilicet pacto de n. petendo adimi n. potest. l. 11. h. tit. Vnde rei. l. 24. de Donation. l. 29. de Exceptioni. l. 45. de fideiussori. Nec contrarius est Paulus in l. 2. §. 2. Veri. Eadem Ratione h. tit. qui quatenus docet, posteriori pacto de non petendo etiam fideiussori nocere, vel accipiendum sit de novo pacto, cui fideiussori convenni accesserit. juxta Cusacium, quem sequitur nosse Richard. in §. 11. de Replicat. n. 11. et 18. Vel forsan ex mente Cusacij in l. 3. §. 3. Quod quicque Iuri. de fideiussore post posteriori pacto de n. petendo, cui cum prius pactum de non petendo prodere nunquam poterit, posteriori de n. petendo obitare merito dicitur, jungenda sunt quae dixi in academici de eo quod certo loco dari oportet cap. 4. n. 15.

Personale rei principalis pactum fideiussori regressum habituro etiam n. prodere docetur in l. 22. h. tit. ab argum. t. in l. 63. §. 1. Pro Socio. l. 24. l. 41. de Re judic. l. 7. in prio. de Exceptioni. Quod ex eo difficile redditur, quod pacti personalis exceptio fideiussori etiam n. habituro regressum competat vi ipsa, nec reo prodere videbitur, qui a fideiussore poterit conveniri. argum. l. 29. de Recept. arbit. Hinc difficultates diversis modo occurrunt Interpreti. Goffred. in l. 5. de liberat. leg. num. 24. cum §. seqq. Respondet pactum personale fideiussori non prodere per pacti exceptionem, quod solum dicitur in d. l. 22. prodere tamen per doli mali exceptionem, quia cum fideiussor n. aliter solvere teneatur, quam actiones sibi a creditore cedantur, ut contra Cusacium, et Fabrum fundat Cherius lib. 2. Interpret. cap. 22. per totum, et adversus creditorem, qui facto suo rem liberavit, poterit apponere exceptionem cedendarum actionum, quae eadem doli mali exceptio poterit appellari. argum. l. 22. §. 4. de Solutioni. Similiter creditorem, qui post personale pactum efficacem, quam cedat, actionem n. habet, per doli, seu cedendarum actionum exceptionem poterit submovere. Verum haec Goffredi solutio falso supponit personale pactum, quod dicitur latoniam, n. peremptoriaz exceptionem producat in efficacem actionem reddere, quod cum iudicio agnovit Cherius cap. 29. n. 11. ne venior sit plurior Antiquorum solutio, quam late tueretur Petrus Barbosa in l. 22. soluto matrim. ex num. 83. averentium, pactum personale exceptionem n. ideo inuicem reddere, quod n. competit fideiussori, quia creditor conveniis denunsiare Reo principali tueretur, ut ad eju defensionem veniat, qui ex propria persona

N. 20



poterit personalis exceptiones opponere, et eo modo fidei iurorum etiam defendere. ex regula  
tota in l. 1. §. 12. Mandati; Huiusmodi namque opinionem pluribus, solidisque rationibus convin-  
cunt Duaren' ad titulum de Re iudic. praeced. 26. ad l. 24. eod. tit. Donell' sub lib. 22. Comment. in  
d. l. 24. Verumtamen itaque eximio Fabri solutionem in Ration. ad d. l. 22. hoc tit. qui avertit  
praeter voluntatem pacipientium personalem pacti exceptionem fidei iurorum etiam regnum ha-  
bituro non prodere. Nec tamen ex eo utilem esse reo principali, tum quia etiam fidei iurorum solvere  
teneatur, quod si pro eo solverit, tardius tamen ad solutionem teneatur, et temporis commo-  
dum sentit, quod ad pacti utilitatem sufficere nullus ignorat, et posse foras fidei iurorum re-  
gnum minus vereri tanquam amicum, minus quam secum acerrimam, aut quia fidei iurorum sine  
pignore debeat, cum tamen creditor pignori subduceret; tum etiam quia conveniri fa-  
cile potest, ut fidei iurorum propriam sibi competentem habeat exceptionem, per quam credi-  
torem submoveat, veluti pacti quamvis in rem concepti, aut compensationis. l. 5. de Com-  
pensatione. quo casu integram personalem pacti utilitatem seorsum proculdubio sentit; No-  
tandum ut tamen, fidei iurorum in praesenti parum prudenter actionum cessionem deinde  
exare, nam si in actione a creditore sibi cessa, adversus debitorem contritas personalem ex-  
ceptionem submovebitur, quae sicuti obstat cedenti, sic et cessionario. totum in l. 23. in prin. ff.  
Pro Socio sic intelligit. cum D. Gonzal. ad tra. in cap. 4. de Solutione. n. 10. quamvis contrari-  
um teneat Chenus d. cap. 22. n. 14. nisi in l. 28. Mandati, et in l. 28. de Evictione. qui longe  
diversum casum continent. Vidend. Olea de Cession. Iur. tit. 5. quar. 4. n. 10. et ff. Mac autem  
omnia vereri Iure procedebant, quo liberum erat creditori debitorem prius, quam seorsum  
conveniri. l. 5. l. 16. eod. personalem pacti exceptio etiam fidei iurorum competit, nisi quidem prin-  
cipaliter, sed consequenter, et occasione magis, quam Iure, ut Faber in d. l. 22. h. tit.

N. 21.

Pactum tamen fidei iurorum tamen in rem  
conceptum reo principali non prodere. l. 23. h. tit. l. 13. §. 8. de acceptilatae. junctim quae d. in  
cap. 1. n. 14. cum 5. et 6. argum. totum in l. 29. de Recept. arbitri. Ratio in promptu, quod nihil  
fidei iurorum intervenit, ut potest qui regnum rei principalis non timet. Minus fidei iurorum pacto  
liberatus solvens per errorem, seorsum non liberat, imo potest repetere. l. 23. §. 4. l. 59. de Condict.  
indebiti; Solutio etenim, quae parit indebiti conditionem, non operatur liberationem. l.  
26. §. 13. hoc tit. Inde etiam si reus principalis fidei iurorum qui ne a se peracta pactus in  
rem fuerit, haeres stiterit, et solverit, repetere non potest. d. l. 23. §. 4. et a creditore conven-  
turi exceptionem fidei iurorum competentem uti non potest, quia si utatur, in factum, aut doli  
mali replicatione repellitur. l. 14. de fidei iurorum; fidei iurorum etenim obligatione per  
confusionem sublata, sola principali superest, fidei iurorum autem non rei acceptio compete-  
bat, ut docent Valentinus lib. 1. Illustra. tract. 4. cap. 10. num. 6. Cusac. lib. 47. Diger. Iulian.  
in d. l. 14. quem totum furvia Faber emendavit. lib. 1. Conject. cap. 5. diversa iurum iuran-  
di causa ut quoad fidei iurorum in rem interpositum, cum solutionis, et acceptilationis vi-  
dem gerat d. l. 27. l. 40. de iure iur. reo principali prodere l. 28. §. 7. l. 12. §. 5. eod. titulum.  
l. 4. §. 4. quarum res actio non detur. Rivas de Mesa lib. 2. Variar. cap. 15. ex n. 12. Eadem  
ratione fluit, quod fidei iurorum relicta liberatio reo principali non prodere. d. l. 7. in prin.  
d. l. 10. de liberat. leg. et fidei iurorum per pactum, non per acceptilationem liberatur. d. l. 5.  
§. 4. eodem; ne alioquin si per acceptilationem liberetur, principali ipso Iure exstingue-  
retur. d. l. 13. §. 7. l. 16. §. 1. de exceptione. nisi foras testator, ut fidei iurorum liberetur per  
acceptilationem, iuxta quam suppositionem intelligo cum Goffredo in d. l. 5.  
num. 61. difficillimum totum in l. 10. §. 12. in fine Mandati, cuius finalia illa Verba  
vel si liberationem legavit, ad praecedentia refero, et sic accipio, si eam liberationem  
legavit, ut per acceptilationem liberetur, tunc etiam si pro filio Pater fidei iurorum  
erique liberatio legatur per pactum, quam fidei iurorum liberatur, non quam Pater, quin  
plenior sit fidei iurorum, quam Patris obligatio, et de peculio petierit conveniri, nisi alia  
fuerit testatoris voluntas, nec ea res alio tanquam filio, aut reo principali proficiet.  
d. l. 5. §. 12. de liberat. leg. Vide Fabrum lib. 1. Conjectur. cap. 11.

N. 22.

Unius etiam ex fidei iurorum  
horibus, aut mandatoribus pactum non prodere coeteris fidei iurorum ideo Paulus scri-  
bit in d. l. 23. Veri. Imo ff. hoc tit. quia licet eorum interit, pacipienti tamen nihil  
interit, qui regnum coeterorum non metuit, ut Paulum melius Faber, quam Cusacius  
Exponit



Exponit. Ad quam partem expectat tot. in l. 15. §. 1. de Fidejussor. ubi si credi-  
 tor vigin, cum duo fidejussores accepisset, ab altero quinque acceperit, ne ab eo petat,  
 a litera n. liberatur, sed remota quindecim solvere coartur, quin ulla exceptione defendi  
 possit, quamvis ex fidejussoribus pactus alij dici non debet, ut Goffredi subtilitatibus  
 Omnis in d. l. 5. de Liberat. leg. num. 18. cum 2. seqq. eum tom. accipiunt Cusac. ibi lib. 55.  
 Digerit. Julian. qui hunc accipit etiam tom. in l. 18. C. hoc tit. in ejus Recitat. et Sabes. M.  
 Conjectur. cap. 15. Illud tamen obiter obviao, quod quia pactum non gratuitum, sed tran-  
 sactionis causa fuit interpositum, pro quinque eo nomine acceptis fidejussori pro dene;  
 quia bona fides n. patitur, ut bi sit eadem res. l. 57. de Reg. Jur. quod misericordie meam con-  
 jecturam de pacto transactionis causa interposito supradictam num. 17. confirmat; sed  
 tamen gratuitum unius ex fidejussoribus pactum alteri pro dene saltem pro parte de-  
 bere ex eo paritari videtur, quod aut fidejussor, qui pactus sit, ne a se peteretur sol-  
 vendo sit tempore litis contestata, et alteri sunt deridiat, ut pro parte solum conve-  
 niatur. juxta epistolam Divi Adriani in §. 5. In tit. de fidejussor. Cujus beneficij  
 propter alterius pactum privandus n. sit, aut solvendo n. sit, et tunc alter, quamvis  
 non pacti, cedendarum autem actionum exceptione creditorum pro parte poterit sub-  
 movere, ut pote qui pacto suo alium fidejussorem obligavit, et nullam, quam addat  
 habet actionem. argum. l. 95. §. 11. de Solution. cum similib. per gratuitum unius ex  
 fidejussoribus pactum alteri saltem pro parte per doli exceptionem debet pro dene, ut  
 unico hoc fundamento nam contendunt Goffred. in d. l. 5. num. 17. et 21. cum seqq. et  
 ex Olea Valeron de Prandiact. tit. 1. quart. 7. num. 19. Verius tamen sit, Julianum in d. l.  
 15. §. 1. dum ex pacto unius ex fidejussoribus alteri nullam exceptionem competere af-  
 firmat, tam doli, quam pacti exceptionem excludere. Cui doctrina superior difficul-  
 tas non obstat. Cui respondeo cum Donello lib. 2. select. cap. 14. quod cum plures fidejusso-  
 res plerumque ad ampliore creditoris securitatem principaliter apprehendan-  
 tur, liberum esse creditori unum ex his per gratuitum pactum liberare, quo adhibito  
 alteri divisionis exceptio denegatur, qua cum ipis iure competat, sed ex actionis tem-  
 poris respiciat. l. 26. de fidejussor. nec ante indebitam partem constituat. tot. eleganti in  
 l. 29. in prin. eod. tit. et litis contestata tempore unius ex fidejussoribus per pactum  
 liberatus inveniat, alteri pro dene n. patet, cui nec cedendarum actionum exceptio  
 accommodatur, gratuita liberatio vitio, aut culpa creditoris tribui non debet, quo-  
 demum casu hujusmodi exceptio solet competere, ut aiebat Cusac. in d. l. 5. §. 1. meli-  
 us quam Donell. d. cap. 14. num. 10.

Quae de pacto fidejussori dixerimus, cenant in pacto  
 fidejussori, qui in rem suam spondit, quod cum reo factum esse videatur, quia plus  
 valet quod agitur, quam quod simulati concipitur, et reo, qui revera fidejussor sit re-  
 gnum habiturus pro dene in l. 24. hoc tit. Decisio ista procedit, si creditor, qui de non  
 petendo pactus sit, fidejussorem in rem suam spondisse sciverit, et n. ignoraverit, tunc  
 enim quia creditor n. absolute debitum remitteret, sed fidejussorem duntaxat, n. etiam  
 reum liberare intendit, pactum alij propter paciscentem n. pro dene. Sub qua etiam ter-  
 tricione intelligendus sit tot. in l. 5. §. 1. de liberat. leg. quatenus a reo, fidejussorem, qui  
 in rem suam sponderat, et cui liberatio relicta fuerat per acceptilationem liberatam,  
 ut ne evanescant Fabri calumnia d. lib. 1. cap. 11. Rursum quamvis ex pacto fidejussori  
 pacti exceptio reo principali non competat, aliquando in dolo exceptio accommo-  
 data, veluti ne a reo etiam petatur, fidejussor pactus sit. Quod et in fidejussoribus ob-  
 servatur, sive ex eis aliqui ne ab altero etiam petatur, paciscentia in d. l. 25. §. 1. et  
 l. 26. ff. hoc tit. Cujus aequitatis ratio in vicinitate, seu indebiti communi-  
 tit, qua eandem vim habent, quam Procuratorum mandatum, quod sufficit, ut ex  
 Procuratorum facto doli exceptio Domino acquiritur. l. 10. §. 1. ff. de h. tit. ut contra Fabrum  
 docent Ottwald. lib. 22. Comment. cap. 4. tit. 2. Ex eadem ratione dixerat, quod si reus,  
 ne etiam fidejussor petat Regem n. habituro pactum ne doli exceptio fidejussori  
 debet accommodari. Ex eo etiam provenit juncta affectione parva, q. quamvis ex

Nº 23.



pacto Patris filio acquiri pacti exceptio n. ponit. d. l. 1. §. 4. h. tit. junct. l. 3. de V. O.  
doli tamen exceptio acquiratur. l. 2. §. 2. in fine hoc tit. Omnia, quae cum pluribus tractant.  
Omnald. d. cap. 4. lit. C. Sed dices: Pacti exceptio in huiusmodi fidejussori, Reo, et fidejussori  
debet competere. argum. l. 1. §. 1. h. tit. ubi si sine sua persona pepigerit, ne a fidejussore pe-  
tatur, pacti exceptio, quae reo principali n. competit, acquiratur fidejussori; Sunt tamen  
haec dimilitia in praedictis casibus nihil interest paciscenti pactum ei, cui pactum sit,  
prodesse. d. l. 2. §. 1. Veri principali interest pactum fidejussori representum habeturo p. dene,  
quae pacti exceptio competit, n. ut per seum ei acquiratur, sed ut Reo ipsi, cuius principa-  
liter interest, conulari, ita Cusac. in d. l. 2. §. 1.

N. 24.

Ex duobus etiam Reus debendi, si aliquis  
ne a se petatur, quamvis in rem paciscatur, alteri pactum n. prodesse, si quidem socij n. sint,  
ut probat d. l. 3. §. 3. Veri. Sed et si de liberat. leg. ubi unus ex Reus debendi n. socij, cui  
liberationem testator relinquit, per pactum, n. per acceptilationem liberatur, ne etiam alter  
contra testatoris voluntatem liberetur, et in l. 34. §. 1. de Solution. ubi si ex duobus Reus  
promittendi aliqui ne ab eo peteretur, pepigerit, quamvis per errorem solvere, alter obli-  
gatus adhuc manere dicitur. Cujus principij ratio facilis est, per pactum n. ipso Iure solvi-  
tur, sed per acceptilationem, per quam debitor eximitur ab obligatione, sed uno ex Reus ab  
obligatione exempto, n. ideo alter liberatur. d. l. 1. §. 1. de Duob. Reus. l. 1. de fidejussoribus,  
nisi liberatio per solutionem contingat. §. 1. In fine de Duob. Reus, aut per alium modum,  
qui solutionis vicem gerat, veluti per acceptilationem, vel iusjurandum. l. 28. §. 3. de Iure  
jur. l. 2. de Duobus Reus. l. 16. de acceptilat. Ergo uno ex Reus per pactum, quod solutionis  
vicem n. gerit, liberato, alter non ideo liberatur. Accedit, pactum eis duntaxat pro-  
desse, quorum obligationem dissolutionem esse interest paciscenti. d. l. 2. §. 1. h. tit. Vnius  
ex Reus paciscenti nihil interest alterius obligationem dissolvere, ut patet qui ejus Reus  
n. ponit in venon sent. quam probat l. 63. ad leg. Falci. et fundat Faber lib. 11. Con-  
jectur. cap. 16. et 17. Bachov. Volam. 2. disp. 22. zher. 9. lit. X. Et huc n. obstat d. l. 2. §. 1.  
C. de Duob. Reus, pro cuius explicat. Videndus est Vinn. de Pacti cap. 16. n. 2. et lib. 4. select.  
cap. 6. Sed adversari videretur d. l. 18. de Duobus Reus, ubi alterius Reus promittendi  
factum alteri nocet: q. et unius pactum alteri debet prodesse ex repta d. l. 1. §. 1. de  
Reg. Iur. Resp. cum Donello lib. 16. Comment. cap. 15. in d. l. 18. factum pro delicto, et  
seui occasione occupandum esse, ita ut renui n. quod si aliquis ex Reus servus pro-  
miffum occiderit, neuter liberatur, quia alterius factum alteri ad liberationem  
prodesse non debet, et hoc sensu nocere dicitur, quatenus n. prodest. Ex quo potius  
infertur, quod nec unius ex Reus pactum alteri debet prodesse; si vero Reus debendi  
socij sint, Vnius pactum alteri ad liberationem prodesse, ut probant d. l. 25. h. tit.  
ut Cusac. admonuit jungendum esse cum d. l. 23. quod et in scripto, et rei ipsa indi-  
cat, et in l. 9. in fine de duobus Reus, quia id principaliter interest paciscenti, qui alio-  
quin in effectu non liberaretur iudicio societatis. in d. l. 62. ad leg. Falci. d. l. 1. de  
fidejussori. Opponi tamen videretur d. l. 3. §. 3. Veri. Quod si socij. cum §. 4. d. l. 5. §. 1. de Li-  
berat. leg. in quibus alter ex Reus socij, cum liberatio relinquitur, n. per pactum, sed  
per acceptilationem liberatur, ne alioquin per mediam socij personam inquireretur  
quod unius ex debendi socij Reus pactum alteri ad liberationem n. prodesse. Quae  
difficultas levi opera solvitur ex d. l. 1. num. 18. Videndus Valeron de Transactioni.  
tit. 5. quae 17. 3. num. 31.

N. 25.

Haec tamen doctrina in Reus debendi omnium bonorum So-  
cij procedit absolute; quippe cum lucrum omne, et damnum inter eos commune sit,  
futurum unius pactum alteri prodesse in totum, et si Reus debendi illius duntaxat  
obligationis, non etiam omnium bonorum sint socij. Quod dicitur Vnius pactum alte-  
ri prodesse, sic ultra Interpretet accipiendum existimo, et si n. in solidum alteri  
promittit, sed pro ea parte, quam si solidum solvere, a paciscente reperere potest. Mo-  
veor ex eo, quod unius pactum eatenus alteri competit, quatenus paciscenti interest,  
sed ubi duo Reus socij duntaxat sint, illius obligationis paciscenti si interest pro  
sua parte, alteri pactum prodesse: q. Vnius pactum n. in solidum alteri, sed pro parte paci-



paciscentis debet prodere, nec ex eo pactum alteri proxiui inutile erit, quod pacto interposito solidum solvere cogi potest a socio portea n. perituro; post pactum autem suam tantum partem solvere compellitur, melius autem n. solvere, quam solutum reperere. l. 3. de Compensat. Eandem sent. illud expresse probat, quod quamvis plures tutores pro duobus reu debendi habeantur ejusdem obligationis socij, et qui ex eis solidum pupillo praesentent, nulla etiam facta cessione utili actione ab alio possit reperere. l. 1. §. 13. de Tutela, et Ration. d. 1. 1. Si tamen pupillus post pubertatem unum ex tutoribus per pactum n. quidem gratuitum, quod nisi venia carari impetraverit, efficere poterit. l. 39. §. 13. de adm. tut. tutor. juncto Cusacio lib. 5. Verpon. Papin. Sed si transactioni causa liberaverit, pactum alteri tutori pro parte sua n. prodere. l. 1. §. 1. de Transact. l. 1. §. 2. et 3. de liberat. l. 1. §. 1. de adm. tut. tutor. n. forsitan cum duo leg. prodere tamen pro parte paciscentis. l. 45. de adm. tut. tutor. n. forsitan cum duo tutores ob omne dolum tenerentur, cum aliquo pupillus transigerit, quo casu quia licet duo rei debendi sint, et uno solventi alter liberetur, socij tamen ejusdem obligationis non intelligantur, cum maleficiorum nulla sit societas, et qui solidum solverit, nec actioni cessionem jure considerat, nec utilem sine cessione habeat. d. l. 1. §. 11. de Tutel. et Ration. d. 1. 1. l. 38. §. 1. de adm. tut. tutor. pactum nihilum alteri tutori prodere, q. nihil paciscentis interest, ut poro qui contrarij regnum n. timer. l. 15. de Tutel. et Rat. Ergo pactum unius ex rei illius solum obligationis socij alteri n. in solidum, sed pro parte paciscentis prodere. Quam rem sic noviter sola Iuri ratione ductus contendo, Omni- ni, quae cum pluribus tradit Valeron d. tit. 5. quaest. 3. n. 25. Ex quibus quod ind. l. 3. §. 3. de liberat. leg. avertitur, unum ex rei debendi socij, cui liberatio relinquenda, per accepta- tionem liberanduz vel ad societatem omnium bonorum esse referendum, vel ad eum carum pertinendum, quo tertioz uni liberationez legant, Verumque rem liberare voluerit, ut nader §. 1. in fine ejusdem l. 3. a loquin si duo essent rei duntaxat illius obligationi socij, et tertioz uni liberationem legant, ei solum prospicere intenderit, n. per accepta- tionem rei expendenda foret, ne alter contra voluntatem tertianz liberetur, sed pro- priam dictam omnimodam societatem in effectu legatario praeraret =

N. 26.

Quaeritur etiam ex con-  
 trario, an si unum ex rei credendi se n. perituro paciscentis, alteri pactum noceat?  
 Et omnino, quae ex pluribus variis disputat Oruald! lib. 16. Comment. cap. 25. lit. B. dicen-  
 dum breviter est, quod licet unus ex rei credendi possit alteri praesentare, et obliga-  
 tionem extinguere per solutionem d. l. 2. de duob. rei, aut alium actum, qui solutioni vicez  
 gerat, veluti jurijurandi delationem, si rei non debere se juraverit. d. l. 28. de jur. jur.  
 Novationem. l. 31. §. 1. de Novation. (de cuius quoad hanc partem conciliat. cum l. 2. in  
 prio. h. tit. Omniu, quae afferit Larrea decem. Granat. 19. n. 30. Valeron d. tit. 5. quaest. 3.  
 n. 1. §. 1. de adm. tut. tutor. l. 2. §. 1. de Acq. n. 1. §. 1. de adm. tut. tutor. l. 2. §. 1. de Acq.  
 titat. Unius autem pactum, quod solutioni vicem non gerit, alteri n. nocet, sive socij  
 sint, sive non, ut expresse avertit Paulus difficultiorem casum, quod sint socij deciden-  
 in l. 2. in prio. hoc tit. quia cum pactum paciscentis personam n. egredietur, ut saepe  
 diximus, ob stare n. poterit alteri ex rei, quod dum advenit debitorem contrahit, proprio  
 Iure utitur, a paciscente causam trahit, nec ex eo quod pactum unius ex rei debendi  
 socij alteri proxiui, ut praeter Iura adducta n. 14. probat l. 12. ff. Rem Natam haberi,  
 inferatur, quod pactum unius ex rei credendi socij alteri debeat nocere, ut falsio exi-  
 timabat Haber in Ration. ad l. 27. h. tit. et lib. 11. Consecra. cap. 18. nam manifesta Iu-  
 ris Ratione pactum unius ex rei debendi socij alteri prodere propter personam  
 paciscentis, cuius id principaliter interest; unius autem ex rei credendi socij  
 pactum alteri non nocet ex jam dictis; nam tamen n. prodere ad hoc, ut soliduz  
 consequatur, imo obstat pro parte paciscentis, alioquin inutile pactum esset, cum  
 ipse solidum exigens partem socio paciscentis societatis iudicio restituere tenere-  
 tur, ut docet Vinnius de Pactis d. cap. 16. num. 2. et lib. 2. Select. cap. 6. et Valeron ubi sup.



Ex num. 63. Aliud procedit, si socij Rei credendi n. sint; tunc enim unius pactum n. solum  
alteri n. nocet, sed prodesset, qui solidum pones consequi, cum nullam pecuniam exacta par-  
ti alteri communicare teneatur in veriori sent. quam firmat iur. in l. 62 ad leg. Falcid. Fab.  
d. lib. 11. cap. 16. Obstat tamen illud videtur, quod unus ex socij per constitutum credendi,  
quod non extinguit obligationem, alteri prejudicat. l. 10. de Constit. pecun. quidquid in-  
felicitet dicat Orinald. lib. 16. cap. 25. lit. B. ergo et pactum de n. petendo. Reij. cum Brissonio  
lib. 4. de Solution. et Fabio in Ration. d. l. 10. quod constitutum pro solutione habeatur, ut  
ait Paulus in d. l. 10. et quemadmodum per solutionem, aut pactionem Reus actionem pro-  
occupare intelligitur. l. 16. de Duobus Reu, sic et per constitutum =

N. 27.

Nec Fabri opinionem iungat iur. in  
l. 34. de Recept. arbitr. l. 5. Si quis cautionem, quos ipse expendit ex d. l. 34. Sic arguitur:  
Compromissum unius ex Rei credendi socij nocet, ita ut si sent. lata contra promi-  
tentem alter agat, poenam committat: q. et unius pactum debet alteri prejudicare.  
Cujus argumenti vim facile eludet, si dixeris, in l. 34. potius probari, unius compromi-  
ssum alteri n. nocere, quia ex doctrina Pauli sent. contra promittentem lata Reus  
alter recte petit sine metu poenali stipulationis, quae n. committitur aduersus eum,  
qui promittit, nam petente Socio per consequentiam etiam petere intelligitur, cum  
pari ad ipsum societatis iudicio sit peruenitur; quapropter si Rei credendi socij n.  
sint, altero petenti, poenali stipulatio nec aduersus eum, qui d. promittit, committi-  
tur, ut in fine d. Paulus indicat, quam sic explicat Cusac. ibi lib. 3. Pauli ad Edict.  
Vinn. de Pactis d. cap. 16. et lib. 4. select. cap. 6. Valerion ubi supra n. 56. et 66. Ex d. l. 5. sic  
Fabri arguit: Impedimentum imponitur ab altero ex Rei credendi socij ne debitor se  
in iudicio nitetur, qui alteri et poenam permittit, in causa sit, ut alteri ad poenam  
teneatur, obicitur impedimenti exceptio: q. et unius pactum alteri debet obstat. Hu-  
ic difficultati Reij. Omnia solutione Bachovij d. Volum. 2. disp. 27. et heri. 9. lit. D. quod  
licet Regulariter debitor, qui se iudicio nitit cum poena spmna ex ap. tueri,  
sed solum in factum actionem habet in eo, quod sua interest aduersus eum, a quo  
fuit detentus ex edicto de eo per quem factum erit, quominus qui in iudicio ni-  
tat. l. 1. §. 3. l. 3. de eo per quem factum erit. l. 25. Ut. cum l. 3. Si quis cautionem. et hoc  
ipsum seruetur in duobus Rei credendi n. socij, quorum unum debitor se iudicio ni-  
tere permittit, et ab altero impeditur, ad iudicium n. Venit; ita tamen duo Rei  
credendi sint, ab eorum altero impeditur, etiam aduersus eum, qui in iudicio ni-  
tit, stipulatus sit, nec ullum impedimentum apponit in poenali stipulatione  
agente doli mali except. defenditur, ne doli alteri proit ppter societatem, ut  
ait Paulus in d. l. 5. quam sic noviter explicat: Si socius, qui n. impeditur pecuniam  
in poenali stipulatione comprehensaz, consequeretur ejus partem socio, qui impedi-  
vit ppter societatem, quapropter socius, qui n. impeditur, dum ad poenam agit, doli  
exceptio repellitur pro parte solum, quam socio restituere teneatur, quod solum  
Ratio Pauli convincit, non pro sua, nec eadem Ratione si unus ex Rei credendi so-  
ciji de non petendo pepigerit, alter siquidem solum petit, pacti exceptio repelli-  
tur, suam autem partem recte petit, ut superius dixi =

N. 28.

Adeo autem verum sit unius  
ex Rei credendi pactum alij n. nocere, ut n. alter heredem alterum scripsit, q.  
si ejusdem potestatis obligationes reperiri n. possunt, cum una magis, quam  
alia consumatur, Verique retineatur? Multum interest in Rei, qui alteri Reus  
erit proprius, an hereditarius Iure conveniatur, ita ut possit intelligi, an  
pacti exceptio possit submoveri. l. 93. in prio. et Veri. atque. de Solution. nec in  
Rei solum credendi observatur, sed generaliter, nec unius pactum alteri preju-  
dicat, nec alienam obligationem tollit, ut in eleganti specie aiebat Paulus in  
l. 1. §. 1. de fidejussor. et generaliter probatur ex l. 25. cum seq. C. hoc tit. a qua  
specialis casus deducitur, ubi scilicet creditores hereditarij cum debitori ha-  
rede de d. imenda debiti parte paciuntur, ut heredes ad aduendam hereditatem  
intue-



intueretur, si sit voluntarius, aut ad reimmittendum repudiato beneficio abrenun-  
 tiis, si sit nudi, vel neglecto separationis beneficio, si sit necessarius; tunc enim huius-  
 modi pactum, quod in Iure est irritissimum. l. 54. S. 1. de manum. ter. Praetori de-  
 creto confirmatum. l. 23. Quae in fraud. creditor. a maiori parte creditorum factum. l. 10.  
 S. 10. l. 23. eodem. l. 55. de acquir. heredit. Reliqui creditoribus nocet ex scriptis An-  
 tonini in l. 7. S. 1. h. tit. id suadente humanitatis intuitu, ut defuncti inveniant faci-  
 lita haeredem, et creditores habeant, cum quo repediuntur, quorum ideo peruatione,  
 aut mandato saepe haereditas adiri contingit. l. 1. de Dolo. l. 23. Mandati. l. 4. in prin.  
 de Doli mali, et met. except. l. 7. S. 18. ff. hoc tit. Unde facile colligitur, quod post aditam  
 remel haereditatem, cum sit iam aliquis, qui conveniri possit, etiam maiori partis  
 pactum diuertunt, ibi creditoribus obesse non debet, ut cum Aeneiudibus nonnulli  
 Tenentur Vinn. de Pactis cap. 12. num. 3. qui etiam num. 5. eleganter adverte etiam ante  
 additionem maiori partis pactum ita demum creditoribus nocere abiensibus, si recte,  
 et temperate sint citati; huiusmodi etenim pactum tanquam Praetori decretum re-  
 currere rei iudicatae veluti quandam speciem continet, quae incitanti n. solet praeju-  
 dicare. l. 47. de Re iudic. et qui eorum praesentia foras alios trahere in suam senten-  
 tiam possunt. argum. in l. 12. S. 1. de Recept. arbit. Hinc si tutor, idemque credi-  
 tor testatoris, cum in eo statu haereditas esset, abintineretur ejus nomine cum plerisque  
 creditoribus, ut Paulus ita decideret, ut certa crediti petitione contenti essent, ipse  
 eadem parte debiti debet esse contentus. l. 44. h. tit. l. 59. de admira. tutor. licet enim  
 officium suum tutori n. solet esse damnosum. l. 30. S. 1. de Inoffic. test. l. 26. C. de admin.  
 tutor. cum similib. quia tamen maior creditorum parti causa debiti partem remitten-  
 dam consentit, ejus pactum n. ponet praesentem tutori, etiam si pactum n. sit, praedictate

N. 29

Iam vero si quaeratur, quonam modo  
 pari debet estimari. Resp. optime Papin. in l. 8. h. tit. majorem partem ex modo  
 debiti, non ex num. personarum estimandam, ita ut maior rei habeatur illius,  
 cui maior pecunia quantitas debetur, quia magis ejus interest. arg. in l. 12. ff. De  
 ponit; qua ratione si alicui diverse summa licet ex diversis causis debeantur, omni  
 in unam colliguntur, ita ut ejus summa, quae ex pluribus conjunctis efficitur, cre-  
 ditor intelligatur. l. 9. S. 1. hoc tit. licet in alijs causis propter diversam rationem ali-  
 ud observetur. l. 11. de iuridict. l. Sancimus. l. 53. C. de Donation. sive iudicii solo offi-  
 cio debeantur, quod intelligitur ex hi, quae dixi in academici de eo quod cert. loco  
 cap. 4. n. 19. cum l. seqq. Inde etiam plures rei credendi, pluresve argentarii, quorum  
 nomina simul facta debet, quia pupilli nomine conveniuntur, ex diverso si quis  
 plures habens actiones sive ad eandem rem, sive ad diversam, et si cum eo, qui unam  
 actionem habet, conferatur, n. plurium personarum, sed unius tantum vicem substitui-  
 neat, et demum tutor, qui plurium pupillorum nomine unum debitum constituen-  
 tium convenit, unius loco numeratur, quae singula Paulus docet in l. 9. in prin.  
 h. tit. Cujus Veric. n. sine Ratione Faber emendavit in ejus Ration. cui decu-  
 xit facile ponet ex dictis a Julio Pacio in eodem tit. Sin autem omnes credi-  
 tores in debiti cumulo sint aequales, plurium numerum praefertur data de-  
 biti, et numeri aequalitate praeter eorum creditorum sent. sequitur, qui dig-  
 nitate, id est honestate, et estimatione praecellunt, et si omnia indigne in ean-  
 dem qualitate concurrant, humanius sent. praeterdicit, qualis ea habeat,  
 quae magis haeredi faveret, et amplio rem debiti partem remittit. l. 8. Cod. h. tit.  
 arg. in l. 1. C. Qui boni ced. poss. junct. Cusac. to. Resp. Papin. in d. l. 8. qui ave-  
 rit, hoc ipsum olim observatum fuisse ante sublatam bonorum emptionem, de qua  
 in prin. Inven. de Succen. Sublat. quo tempore futuri bonorum emptor, quasi  
 debitori successor de certa debiti parte sibi remittenda pariter solebat, in quo  
 pacto eadem obtinebant, quae diximus de pacto ante additionem haeredi cum



N. 30.

hereditarij creditoribus interposito. Ad quam Iuri partem referendi sunt pro-  
culdubio tōi. in l. 60. h. tit. l. 16. de Reb. auctori. Iud. possid. alia l. 1. de Privileg. Credit.  
quos omnes eleganter explicat Cusac. d. lib. 10. in d. l. 8. ff. hoc tit.

Majori itaque parti creditorum pactum abien-  
tibus etiam creditoribus primis legatarij nocere dicitur in l. Recepti h. tit. imo  
et fisco, cum n. hypothecam, sed exigendi tantum privilegium habeat, veluti n. in  
privati locum successerit. l. 6. ff. de Iurefisci. Nec contrarium est, quod ait Paulus in  
l. 58. §. 1. Mandati, per pactum maiori parti creditorum presentium abiente cre-  
ditore privilegium non auferri; Nam ut recte cum abij responder Vinn. de Pactis  
cap. 12. n. 8. pactum quidem minuit quantitatem debitam abientis creditoris privile-  
giario, quo respectu et nocere dicitur; per privilegium vero non auferat, quod in eo  
Vires exegerit, ut privilegiario usque ad quantitatem in pacto comprehensam, pri-  
usquam caeteris creditoribus n. privilegiarij satisfactum fuerit; hypothecarij  
autem creditoribus abientibus pactum non nocere ait Vlp. in d. l. 10. h. tit. quod  
ex Paulo in d. l. 58. §. 1. explicandum sit: Sicut pignus per pactum n. auferatur,  
ita ut pactum noceat hypothecario creditor, si quidem personali actione expe-  
riatur, eidem tamen pignus persequenti n. noceat, et pignori, privilegijque equi-  
paratio n. absolute procedat, sed in ea solum quod per pactum privilegium non  
magis quam pignus tollatur, et hanc esse hypothecarij creditoris abientis mentem  
Pauli constat eo quod ipse docet in d. l. 58. §. 1. abientis creditor, qui fidejussor,  
vel mandator habet, electionem per pactum n. auferri, et liberum ei adhuc  
esse fidejussorem, aut mandatoriem in solidum convenire, quamvis heredes  
solum in parte pacto comprehensa possit convenire; pactum etenim, quod ha-  
redi contra abientem prodesset, n. aequè ejus fidejussori, aut mandatori debet  
prodere, ut porè qui propter pactum n. in solidum, sed pro parte convenia Regre-  
sum adversus heredem habent. argum. eorum, quæ supra dicitur num. 17. et 18.  
n. si forsitan abiens creditor ab herede partem acceperit; nam si partem portea  
a fidejussore, aut mandatore petat, pacti exceptio submovebitur, quia partem  
ab herede accipiendo, statim habere Praetoris decretum intelligitur, et quemad-  
modum etiam praesens ipse apud Praetorem ab initio conveniret, pacti exceptio fi-  
dejussori, aut mandatori prodesset, nisi ubi ex portefacto per ratihabitionem decreti  
convenit, pactum fidejussori, aut mandatori debet prodere: q. cum pactum abiente  
creditoris fidejussori in solidum conveniendi facultatez n. tollat, nec etiam  
pignori persecutionez ponet auferre. Nec obstat, quod in concedendi iudicij,  
quæ aliquando alicujus etiam periculo conceduntur in l. 12. §. 14. Mandati.  
hypothecarij creditoris maiori parti suffragium consequi tenentur. l. 1. §. 1. C.  
Qui bon. ced. poss. Nam per hujusmodi temporale pactum personali quidem acti-

~ ~ ~ ~ ~ Onis exercitium defertur; praesens autem pignori persecutio ~

~ non auferatur. tōi. in l. 14. de Pignori. juncto Bachobio lib. 3. ~

~ de Pignori. cap. 13. num. 6. Ex quibus quilibet satisfacies ~

~ Fabri in miserum Tribonianum calumnijs in Ra ~

~ tionali ad l. 20. hoc tit. Quibus ex professo ~

~ nec libet, nec vacat, ut jam finem noverit ~

~ de Liberatoxij pacti tractatus acci ~

~ ~ ~ ~ ~ piat ~ ~ ~ ~ ~

Finis hujus materiae ~ ~ ~











†

# Academica dissertatio de in ≈≈≈ diem additione ≈≈

Ut clarè procedamus in exponendo pacto additionis in diem, ejusque quæren-  
di natura, et qualitatibus aliqua primò animadvertere, et prænotare necesse est, et  
circa inscriptiones hujus n. tituli, et circa finem faciendæ additionis in diem. Quoad  
titulum ergo observandus est, diversimodè legi in Vulgari ac in Florentina lectione:  
Vulgares namque Codices sic habent, et in diem additione; Florentini vero De in diem  
adjectione. Quæ ultima Florentina lectio longe rectior est, ut docuerunt Anton. Faber in  
Rationali ad l. 1. h. tit. et Cusac. lib. 3. quærit Afric. in l. Cum in diem 18. hoc tit. Triplex  
namque Verbum in hoc tractatu invenitur; addictio scilicet, adjectio, et abjectio, quo-  
rum primum, addictio nempe significat actione constituta rem penes eum collocare, quæ  
pluribus licitè fuerit, id est plus abutulerit. Unde addictio in diem venditam refertur;  
Adjectio autem est plus afferre, aut meliorem conditionem afferre, hoc est supposita adji-  
cere, plures licere, seu licitari. Abjectio vero est additionem non recipere, id est meliorem  
oblatam conditionem non recipere, seu respicere, et non admittere. l. Sabinus. 3. hoc tit. Quæ  
re Adjectio, et Abjectio non ad rem, ut Addictio, sed ad pretium, vel rectius ad meliorem  
conditionem referuntur, ut optimè docuit Faber ubi supra. Cuius præcipuum finis, ad  
quem huc noster titulus dirigitur (ut jam 2. Rubrica partem explicemus) sed exponere,  
præscribereque formam collocandi rem penes eum, qui pluribus licitè fuerit, ut constat ex  
l. 5. cum pluribus alijs hoc tit. docent Cusac. et Faber ubi supra, et hoc significet Verbum  
Addictio, ut supra vidimus, merito placet Florentina lectio, quæ habet De in diem ad-  
dictio. Prædicta ergo in diem addictio utebantur in actionibus maxime publicis, ut Virtute  
illius possent venditores rei venditæ ei addictio, quæ pluribus licitè fuerit meliorem suam  
conditionem faciens intra præfixitum diem, vel nullo tempore præfixito intra diem  
Vulgarem, qui est 60. dierum. tot. in l. Quod si nolit. 31. §. Si quid ita. 22. ff. de Adilit. Edict.  
ut plerumque 30. dierum, ut docuit Cusac. lib. 33. Pauli ad Edict. in l. Necesse. 8. hoc tit. cui  
priori emptori auferentes vigore ut dicebam facta additionis in diem, seu pacti in ea in-  
clusi, quod manifestè dicitur ex eo, quod ex voluntate contrahentium janua aperta, et  
patens adjectionibus remansit, sine quo neque admitti posse, neque rei venditæ auferri  
valerent à venditore, quicumque venditor esset, etiam si Civitas non habeat speciale pri-  
vilegium additionis recipienda. l. Lucius. 21. §. Ut. ad Municipal. excepto fisco, qui  
hac maxima potest præscriptiva, ut queat intra Vulgarem diem (qui in causis fisco-  
libus 20. dierum est. Authent. Hoc ju. C. de Sacrosanct. Eccles. D. Amaya plures referens  
in l. Tempora. 1. C. de fide, et Iure harr. fisco. lib. 10. num. 58.) adjectionem admittere. d. l.  
25. §. Ut. ubi Cusac. lib. 4. Resp. Pauli. d. l. 1. C. de Iure harr. fisco. lib. 10. ubi D. Amaya, præ-  
cipue n. 59 =

## Caput primum.

De modo faciendæ, seu concipiendæ  
≈ additionis in diem, et utrum emp-  
≈ titio, et venditio, cui inest pactum ≈  
≈ additionis in diem, sit pura, ≈  
≈≈ an conditionalis? ≈≈

In diem addictio ita fit: Ille fundus sibi centum emptus, nisi siquis intra  
Kalendas Ianuarias proximam meliorem conditionem fecerit, quo rei à domino habeat.  
Sunt Verba Pauli in l. 1. ff. hoc tit. Ex quibus evincitur manifestè, emptorem, et vendi-  
tionem, quæ alias subintraret, non tenere, Resolvi vigore pacti additionis in diem ad-  
eam adjecti, si melior conditio ab aliquo ablata fuerit. l. Vbi autem. 4. §. Sed et Marce-  
llus. 3. h. tit. Meliori namque hac ablata conditione, seu adjectione facta taliter suas

Num. 1.



Vires exercet factum adiciendum, ut tollat omnino conceptum emptionis, et venditionis, ejusque imaginem prorsus deleat, ita ut nunquam praeiudicium videatur. l. Item quod dicitur. 6. l. Imperator. 16. h. tit. in quibus Anton. Faber in Variation. Donell. lib. 16. cap. 18. ubi Oruald. l. 1. B. et C. quod idem contingit in venditione facta sub pacto comminatio. l. 2. de lege Communi. ubi Faber in Variation. Donell. lib. 16. cap. 19. ubi Oruald. l. 1. f. quibus consequens est, quod si resoluta venditione ex vi pacti additionis in diem dominium habeat a vero Dño, sive si sit emptor, ut volebat Accursius, sive venditor, ut dicebant alij, quod ex modo concipienda venditionis apparebit; nam si pure celebrata fuerit, emptor Dominus erit; si vero sub condit. apud venditorem dominus remanebit, ut optime Antiquorum neglecti sententij praevidit, et subtiliter docuit Anton. Faber in Variation. ad l. 5. hoc tit. circa finem.

Num. 2.

Sed maxime controversum fuit, an emptio, et venditio contracta sub pacto additionis in diem pura, an vero condicionalis sit existimanda? Vique dum Vlpian. lib. 28. ad Sabin. in l. Quoties. 2. hoc tit. hoc Consultorum iurium, quod ipse ibidem refert, distinctionis foedere sedavit, et componit. Inquit enim Vlp. multum interesse, quod inter contrahentes actum sit ad cognoscendam naturam praedictae venditionis; si enim hoc actum est, ut meliori allata condicione discedatur ab emptione, et venditione; si vero hoc actum est, ut meliori allata condicione discedatur ab emptione, an resolvant, ut puta si convenerit, ut allata meliori condicione discedatur ab emptione, an ingratia fiat, ut in specie l. 1. h. tit. l. 1. et 2. de lege Communi. etenim n. potest res inempta fieri, quae n. prius empti fuerit, nec rursus discedi ab emptione, quae n. prius empti fuerit contracta. l. Ab emptione. 58. de Pactis. l. 1. et 2. quando liceat ab empt. discedere. Si autem, inquit Vlp. Hoc actum est, ut perficiatur emptio, nisi melior conditio afferatur, erit emptio condicionalis; Certum namque est, quoties perfectio emptionis suspenditur Vique in id tempus, quod verum sit melior conditio intra praefixum diem oblatam nec condicionalis esse venditionem; condicionalis namque venditio ante conditionis eventum n. perficitur. l. Haec venditio. 2. de Contrah. empt. Conditio in presenti fit per n. quam madmodum ac per Si. l. Cum ab eo. 4. de Contrah. empt. Nihil enim est aliud nisi quam Si non. l. Si feriat. 6. de ferijs. l. Dicitur. 19. in fine principij. de annuis leg. l. 2. de alim. leg. Et licet Accursius conditionem tribuerat n. ad Verba n., sed verbo perficiatur, hoc n. pendet ex eo, quod ut verbum futuri temporis, ut minus recte vulgo traditur, sed ex vera significatione Verbi Perficiatur, quod nec perfectas obligationes satis clare exprimit, ut optime docuit subtili Corta lib. 1. select. cap. 23. num. 16. Unde licet ita convenerit, ut perfecta sit emptio nisi melior conditio allata fuerit intra praefixum diem, adhuc condicionalis erit emptio, nisi melior conditio sit, quia etiam injusto casu suspensa erit perfectio emptionis, ut eleganter docet Anton. Faber in Variation. ad d. l. 2. h. tit. attendenda est q. Voluntas contrahentium ad ignorandam puritatem, vel conditioem emptionis, uti bene distinguit Vlp. in d. l. 2. h. tit. Namque ut in ceteris negotijs, ita ut multo magis in emptione, et venditione ante omnia id, quod actum est, inspicere oportet. l. Sed Celsus. 6. 5. de contrah. empt. l. Semper. 34. de Reg. Iur. qua ratione similiter emptio facta sub condicione, si dupliciter in hunc modum res inempta, et si dupliciter, pura est, et sub condit. resolvitur; quia satis liquet ex voluntate contrahentium a principio perfectam emptionem celebrare voluisse. l. Si res. 3. de Contrah. empt. l. 2. 5. Sed et illud. 5. Pro emptore. l. Si praedium. 4. C. de Adhib. action. quemadmodum a contrario condicionalis erit emptio ita facta: Si res tibi placuerit, erit tibi empti, q. suspensa est ejus perfectio. 5. Instit. de Empt. et Vendit. ubi Vinn. Faber in Variation. ad d. l. 3. de Contrah. empt. Cusac. 54. Pauli ad edictum in d. l. 2. 5. 5. Pro emptore, et in Recitat. ad titul. Cod. de Adhib. action. in principio.

Num. 3.

Hinc tamen doctrina superiori num. tradita obstat fortiter difficili rati. in l. Obligationum. 44. 5. Condicio. 2. de O. et A. ubi docet Paulus, obligationem contractam per particulam nisi puram sine distinct. esse, veluti hoc modo: Centum aureos dare spondes, nisi Navis ex Asia venerit. Corruunt q. tota doctrina superiori praecedenti numeri, quatenus dicebamus celebratam sub pacto additionis in diem per nisi puram esse, si hoc actum est inter contrahentes, et recens condicionalis si convenerit, ut perficiatur; namq.



Paulus in d. S. Conditio. 2. docet absolute obligationem per Nisi contractam puram esse  
 semper, et nunquam conditionalem nulla conventionis habita commemoratione. Claudicat  
 igitur ex utroque latere avertum nostrum. Verum huic dubio, omnium antiqui solutionibus,  
 quas refert, et refellit Cora lib. 1. select. cap. 23. Respondendum est cum Cusacio ubi supra  
 lib. 74. Pauli ad Edictum in d. l. 44. S. Conditio, et cum Cora ubi nuper, ideo in d. S. Conditio  
 obligationem celebratam per Nisi puram esse; q. praedicta particula Nisi postea fuit post  
 perfectionem obligationis; Unde nequit eam jam semel perfectam conditionalem efficere,  
 quod expresse docet Paulus in d. S. Conditio; diversum namque est, si in constituenda obli-  
 gatione addideretur; Etenim magnum adert discrimen inter obligationem, quae ex condi-  
 tione incipit, et quae in illam demit, id est inter obligationem, quae ex conditione incipit,  
 vel accipit conditionem, ut constituatur, et perficiatur, et eam, quae jam constituta, et  
 perfecta recipit conditionem; illa quippe conditionalis est; haec autem pura; quia conditio  
 si exiit, potest obligationem constituere, n. etiam extinguere ipso Iure, cum n. sit legi-  
 timus modus extinguenda obligationis.

Num. 4.

Quare si jam constituta, et perfecta obligationi  
 adiciatur conditio, veluti in d. l. 44. summo Iure inspecto nulla exceptio promissori com-  
 petit adversus stipulationem, quia ipso Iure, ut nuper dicebam, conditio non est legitimus  
 modus extinguenda obligationis jam constituta, ut perfecta. Ceterum jure Praetorio vel  
 potestate Iudicis bona fidei succurratur debitori concessa exceptio doli mali, vel pacti  
 conventi ad informandam praedictam obligationem, ut constat ex d. S. Conditio in ultimus  
 Verbi, quae non ad summum Ius, sed ad beneficium Praetorii referenda sunt, quae similiter  
 ad potestatem Iudicis bona fidei referri possunt, si iudicium est bonae fidei, ut accidit in  
 Emptione, et Venditione. S. Bonae fidei. 30. Inst. de action. Verum inter Resolutionem obligatio-  
 nis provenientis ex contractu Iuri stricti, ex contractu bonae fidei magna venatur differen-  
 tia; in illo namque opponenda est exceptio doli mali ad Resolutionem obligationis; in hoc  
 vero ipso Iure fit resolutio, quin opus sit opponere exceptionem doli, quae inest in contractu  
 bonae fidei. l. 3. de Recond. Vendit. l. Sed et n. 21. soluto maxim. l. 84. S. qui Verum. S. de leg. 1.  
 docet Cusac. d. lib. 74. Pauli ad Edict. in d. S. Conditio, et clarius in Veritat. ad eum; qui ta-  
 men dum affirmat, emptionem celebratam cum pacto additionis etiam resoluti ope excep-  
 tionis doli mali, ipso Iure resolvitur meliore allata conditione, et sic intelligitur tot. in  
 l. 2. h. tit. l. 1. de lege Committ. l. 3. de Contract. empt. Egrege fallitur, quia haec emptio n.  
 ope exceptionis, sed ipso Iure resolvitur, ut patet ex dictis legibus. Nec tunc obest conditi-  
 onem perfecta obligationi adiectam ipso Iure n. extinguere; quia saltem est supponendum,  
 cum interim contraria conditio, quae inest, perfectionem obligationis suspendat quousq.  
 melior conditio afferri non possit. argum. l. 10. de adm. leg. cum meliore allata condi-  
 tione ex vi pacti nulla videatur praecise obligatio, quae possit extinguere, ut dicebamus n. 2.  
 Bene ergo ex huius omnibus stat, quod emptio sub pacto additionis in diem ea conven-  
 tione, ut statim perfecta sit, pura existimetur, quia particula Nisi post perfectionem  
 adicitur; ea vero, cujus perfectio suspenditur ex pacto conditionalis dicatur, q. condi-  
 tio constituit obligationem, n. resolvit, quin obest tot. in d. l. 44. S. 2. quae si bene perpen-  
 datur, n. contraria, imo concordans est doctrina tradita ex l. 2. h. tit. cum ideo in ea  
 dictio Nisi nequeat conditionalem obligationem constituere, quia eam jam perfectam inve-  
 nerit puram illam resolvit, licet n. ipso Iure, opposita tamen exceptione doli, vel pacti  
 conventi ex actione differentia nuper constituta.

Num. 5.

Ceterum ut in comperto relinquamus,  
 quando obligationem contractam per adverbium Nisi videatur post perfectionem apponi-  
 ta, quo Iure varia stant Interpretum sententiae. Accursius in d. l. 44. S. 2. existimat, tunc  
 tantum hoc contingere, cum obligationi pure contractae, et intervallo adiecta est conditio,  
 veluti si ita concepta stipulatione: Centum mihi dare spondes post aliquod tempus  
spatium adiectum sit nisi navis ex Ania venerit, Accursij sententiae amplectuntur An-  
 tiquiores, quos in d. S. Conditio refert Barthol. in l. Si cum. 10. S. qui iuniam. 2.  
 Si q. caution. Num. 7. differentiaz dicitur, utrum particula Nisi precedat, vel subsequa-  
 tur obligationem, ita ut si anteponatur, constituat obligationem conditionalem, n. si postpo-  
 natur; cum in hoc casu perfecta jam obligationi ad iudicatur. Quam sententiam defendit etiam



Cusac. in d. lib. 74. Pauli ad Edict. in d. l. 44. §. 2. et juxta eam videntur intelligi. tot. in l. Quibus diebus. 40. §. Quidam. 2. de Cond. et Dem. l. Pizia servo. 59. §. Vlt. de Manum. etiam. Alii alij intellexerunt, quos refert Costa d. lib. 1. select. cap. 23. n. 4. ubi ipse docet d. crimen Verianum inter conditionem Si non, et particulam non in eo, quod conditio Si non precedens obligationem illam efficere conditionalem; at particula non etiam anteposita conditio- nalem non reddat obligationem, quia ex sui natura adinventam videatur ad resolvendam condi- tionem obligationem magis quam ad constituendam: nihil ergo ante Costa intererit precedat, an sequatur obligationem. Sed enim vero magis Veritatis solutionem Bartholi, et Cusacii opinionem rejuro, ut satis aperte indicant, imo demonstrant tot. in d. §. Condicio. d. l. 40. §. 2. et in d. l. 59. §. Vlt. quam subtilissimi Corax, cui sent. adhaere eo casu quo ex voluntate contrahentium adjecta fuit particula non ad obligationum resolutionem, cuius ipse meminisse ibidem num. 3. in fine, et probari ex l. 2. h. tit. l. 1. de lege Commu. in quibus Faber in Rationali.

Num. 6.

Disputamus jam illum casum, quando emptio, et venditio facta sub pacto additionis in diem ex voluntate contrahentium, et ex verbis conditionis pura, vel conditionali existimanda sit; quare alteram nunc examinem oportet, an pura, vel conditionali existimanda sit, si nec extra verba conventionis, nec ex aliis quid actum sit appareat, nec de puritate, vel conditione constet, quid, sed tantum dicendum est, quod emptio fiat sub pacto additionis in diem, qui articulus sub lite fuisse facile deprehenditur ex l. Quoties. 2. h. tit. et expressum ex l. 2. §. Si diem. 4. Pro emptore. Sabin. namque putabat, praedictas emptiones conditionales esse. d. §. 4. Sent. adhaerebant alij, ex quibus unum fuisse Vlp. in l. 2. hoc tit. docet Cusac. lib. 54. Pauli ad Edict. in d. l. 2. §. 4. Pro emptore. Idem affirmant Accurs. et Goffred. in d. §. 4. quod mihi satis tuto potuit animo insidere; quia Vlp. in d. l. 2. hoc tit. hanc con- troversiam sub dubio adhuc relinquit, si attentè ejus verba legantur, et eam solum partem exponit, quando illud actum fuit, et meliori allata condit. recederetur ab Empt. vel ea non allata perficeretur emptio, ut in illo casu intelligatur pura, in hoc vero con- ditionali, sed de altero, quem tractamus, casu nihil dedit: non ergo rectè illum emptorem conditionales avertit affirmant Cusac., Accurs., Gothofred. et alij. Con- traria opinio, scilicet emptiones in nro casu puras esse ex sent. Juliani defendit Paulus in d. §. Si in diem. 4. quae communiter placet, et quam omnes libenter ut verio- res amplectamur, non solum quia conditionales emptiones sunt, sed etiam quia quilibet actus sua natura purus, et non conditionali praesumitur; est enim conditio quid extrinsecum, quod nunquam nisi ex magna causa suppletur. l. Si ita stipulati. 26. §. Chrisogon. 2. in fine de V. O.

Num. 7.

Nec hinc doctrina obesse poterit tot. in d. l. 2. §. Si in diem. 4. Pro emptore, ex qua videtur colligi emptioem factam sub pacto conditio- nis in diem eo ipso conditionalem esse; sic enim se habent verba ibi: Si in diem additio facta sit (id est nisi siquis meliorem conditionem attulerit, perfectam esse emptioem) quae satis aperte exprimunt pactum additionis in diem emptioem adjectum ejus perfectionem suspendere usque dum melior conditio non sit allata; hoc namque demonstrant illa verba non siquis meliorem conditionem attulerit, per- fectam esse emptioem. Hinc namque dubio dicendum est cum Ant. Fabio in Ra- tionali ad d. l. 2. hoc tit. parenterim in d. §. Si in diem. 4. concludendum esse posse in verbo attulerit, non posse emptioem, ut sensus sit, emptioem factam sub pacto ad- ditionis in diem (id est nisi melior conditio allata fuerit) perfectam esse, quod non solum praesactam doctrinam non destruit, imo eam quam optimè comprobat, et con- firmat. Haec autem Fabri interpretatio eo nititur fundamento; quia ut ipse docet, emptiones conditionales minus favorabiles sunt tanquam imperfectae, et quae quilibet actus sua natura purus, et non conditionali praesumitur; tum enim ea mihi ratione apprimè verissima convincitur, quia ea non admittit absurdum in Dieg. Juliano, et Paulo



et Paulo imputare necesse est, quod nefas foret; etenim ad ius, quod ex vi pacti ad-  
 ditionis perfectio emptionis suspendetur, quod sequitur præcise delusa parenteris  
 post Verbum Emptionem, ridiculus est Iulianus auctori, Vucapionem sequi, et fructus em-  
 ptionis effici, et longè inegri Paulus illius sent. amplectendo; quia ut procedere possit  
 Vucapio, puram emptionem præcise necessarium erit. l. 2. §. Vlt. l. Vbi. d. in p. h. hoc  
 tit. Item et ut similiter fructus valeant emptionis effici. l. Item quando. 6. l. Impera-  
 tor. 16. eod. tit. Ne ergo tam turpi nota Iulianus, et Paulus eximios Consultos faciamus,  
 prædictam interpretationem admittimus ex animo, et ut verumam defensamur =

Num. 8.

Videamus Verum hæc, eademque locum ha-  
 beant in emptione celebrata sub pacto comminatio. Negat Faber in Rationali ad  
 l. Vlt. et ad l. 1. de lege Commis. ea ductus Ratione, q. prædicta Emptio huius semper Verbi  
 concipitur, quæ eam purè factam præcise supponunt, et sub conditione resolvunt, ve-  
 luti ut pretio ad diem n. soluto res inempta fiat, quæ postea nequit inempta fieri,  
 nisi prius empta fuerit. l. 1. et 2. hoc tit. l. 1. et 2. de lege Commis. Ceterum Verba  
 subtili Fabri tentare audeam, quæstionem locum habere posse etiam in emptione  
 facta sub pacto comminatio, quo casu nulli Verbi concepta fuit emptio, ex quibus  
 puritas, et perfectio eligi possunt, sed simpliciter celebrata fuit sub pacto commi-  
 natio, quod mihi probat lex, quæ pro contraria sent. communiter adducitur in d.  
 l. 2. §. Sabinus. 3. Pro emptore. Nec officit, si dicat, Sabinus sent. ibi a Paulo reprobari;  
 Nam ideo contingit hoc, quia ex conventionione contrahentium perfecta fuit a prin-  
 cipio emptio, si conventio est, inquit Paulus, magis resolvere, quam implebitur: Si  
 ergo nulla interveniat conventio, nec aliunde constet de puritate, vel conditione  
 Emptionis, Verum est, quæstionem locum esse, quemadmodum in emptione celebrata sub  
 pacto additionis, cum inter utrumque pactum nullam circa hanc partem differen-  
 tia Rationem invenire valeant; Et quia non video, cur Emptio cum pacto comminatio-  
 nis n. possit esse conditionalis, sicuti valet ea, quæ facta fuit cum pacto additio-  
 nis, et reluctetur Anton. Faber ubi supra, Veluti si Vendens rem cum pacto com-  
 minatio ita dicat: Res tibi centum vendita erit, si intra Kalendas Ianuarias  
 prima pretium solveris, quo casu nulli negabit, emptionem sic conceptam conditio-  
 nalem fore, cum suspensa sit a parte ejus perfectio; eam vero conventionem fieri  
 inter contrahentes posse n. dubito; quippe etiam perfecta emptione conveniret, ut  
 soluta pecunia rei vendita poverio emptori tradatur. l. firula. 18. §. qui fundus. 2.  
 de Contra. h. empt.

Num. 9.

Huius tamen omnibus, quæ à num. 2. uique in hunc dixerimus,  
 scilicet emptionem factam cum pacto additionis in diem semper puram censei, nisi  
 aliunde constet ex Verbi, vel conventionione contrahentium, gravissime officit se-  
 quens consideratio deducta ex ademptione legatorum, inter quam, et ademptionem  
 factam cum pacto additionis in diem eadem videtur adesse ratio circa qualita-  
 tem obligationis; Nam quemadmodum legatum purè relicto auferatur sub conditio-  
 nis sic similiter poterit pacti additionis effici, ut primo emptori auferatur res  
 Empta purè sub conditione, scilicet meliori allata conditione; at quid ademptio  
 legati purè relicti sub conditione facta primum legatum purum conditionale red-  
 dit, quia expressa conditio ademptionis continet in se tacitam conditionem primum  
 legati puri. l. Separatum. 10. de adimend. leg. l. Quibus diebus. 10. §. quid si Titio. 2.  
 l. Aliquando. 10. de Cond. et Dem. l. Quod purè. 6. in p. quando dies leg. cedit.  
 l. Si post mortem. 68. §. Si purè. 2. de leg. 1. docent Barthol. in d. l. 10. de adim. leg.  
 et in d. l. 10. §. 2. de Cond. et Dem. Cusac. 33. Disp. Iulian. in d. l. 10. de adim. leg. et lib.  
 14. Pauli ad Edict. in l. 44. §. 2. de Oblig. et action. ergo pariformiter, et æque dicen-  
 dum est, expressam conditionem meliori conditionis, sub qua resolvitur emptio,  
 includere tacitam conditionem in priori emptione, ob idque eam conditionalem  
 efficere, quamvis purè contracta fuerit ex adductis Iuribus, et diversitatis Rationem



constituat. Cusac. d. lib. 14. Pauli ad Edict. in d. l. 29. de Oblig. et act. §. 2. in fine, Re-  
jecto discrimine inter contractus, et ultimas voluntates differentiarum petendarum affirmat ex  
modo concipiendi obligationem, ita ut sub condit. resolvatur, si pure contracta fuerit, vel con-  
ditionalis existimetur, si a conditione inciperet. Hæc tamen interpretatio facile corrumpit,  
q. si forma conceptionis hoc efficeret, vel resolveretur legatum purum sub condit. ademptum,  
sicut resolvitur in presenti emptio pure contracta; vel tandem quemadmodum legatum  
purum sub conditione expressa ademptum, sub contraria condit. tacite datum censetur,  
ita emptio pura sub expressa condit. resolvenda, sub contraria celebrata intelligitur;  
contrarium tamen n. observare docuimus: ex alio ergo fonte dimanat differentie ratio,  
quam petendam esse n. dubito ex diveritate, quæ adest inter contractus, et ultimas  
voluntates, quamvis tenent magni Cusac. ut optime docuerunt Accurs. et Bas-  
thol. ubi supra, quæ elegans per se profectò est, in eoque consistit, quod emptio, et qui-  
libet alius contractus pure celebratus ratum, et confectum tenent, et constituunt.  
Unde quæcunque expressa conditio postmodum adjecta eorum tantum resolvere, non  
verò conditionales efficere valebit; at legata, et quæcunque alia in testam. relicta ante  
mortem testatoris non constituunt, nec valent, ut puta nimirum q. supervenire ademp-  
tionis expressa conditio ea adhuc n. constitentia conditionalia reddat d. l. 10. cum  
alibi de adimendis legatis.

### Caput secundum.

Quæ requirantur, ut melior conditio  
allata censeatur, et meliore alla-  
ta conditione resolvatur præcisè  
prior emptio

Num. 1.

Multa requiruntur, ut ex pacti additione in diem vi melior conditio allata  
videatur; Pr. quod existat v. emptor, verus, n. falsus, nec simulatus; item q. melior  
conditio afferatur super tota re vendita. Deinde, q. existat persona, cui melior conditio  
afferri possit. Rursum, quod eam admittat venditor, et tandem pro supponit. quare (si  
pluribus scilicet venditis) adjectio facta sit, de quibus in hoc d. cap. agendum nobis  
est, et ut præjactum ordinem servemus, primo sciendum est, meliorem conditionem afferri  
n. posse, nisi adit v. emptor verus, qui plus adjiciat; quare si falsus emptor subi-  
ciatur, tenebitur prima emptio, quia nequit videri melior allata conditio à simu-  
lato emptore. l. Vbi autem. §. 5. Cum igitur. §. hoc ut. nec obesse, quod ex vi pacti addic-  
tionis in isto casu intelligatur melior allata conditio, cum conditiones omnes sint  
facti, ob idque sufficiat, quod ipso facto adimpleantur. l. Qui hæredes. §. 4. l. Merui. §. 5.  
de Cond. et Dem. l. Hæredibus. §. 1. ad Trebell. Cum q. melior conditio in presenti de  
facto allata fuerit, n. videtur curandum de veritate, vel falsitate emptoris; namque  
simulatio emptoris meliorem conditionem nequit efficere, tum quia simulata pro  
imperfectione haberi debent. l. Si exceptio. §. 6. C. Si certum pet. nec fieri revera in-  
telligitur, quod non verè, sed simulate concipitur, quod non attenditur. toto tit. Cod.  
Plus valere quod agitur, quam q. simulate concipitur. Tum quia in Emptio, et Venditio  
omnia ex bona fide metienda sunt. l. Exemplo. §. 1. l. Bona fide. §. 5. de action. Empt.  
et quia in eis quod actum inter contractantes fuit, inspiciendum est. l. Sed Celus. §. 5. l.  
de Contrah. empt. Nemo autem dicet, esse actum, ut conditio meliorem conditionem in  
falso, et supposito emptore adimpleri possit, nec ex bona fide esse, ut simulate fiat, quod  
verè fieri debet: simulatus ergo emptor n. poterit videri meliorem conditionem attulisse.  
docent Donell. lib. 16. Comment. cap. 18. et Faber in Ration. ad d. l. §. 5. hoc tit.

N. 2.

Verum n. sufficit, quod secundus existat verus  
emptor, nisi verè etiam meliorem conditionem afferat; quare si adit simulatio, vel fictio  
vel



Respectu melioru conditioni, prior emptio n. resoluitur, quia non est impleta conditio, quamvis in hac parte tres casus distingui necesse sit. 1. ut, si venditor simulaverit, secundum emptorem melioris conditionis afferre, cum revera n. attulerit, et in hoc casu procedit praesumpta conclusio, quod n. n. resoluitur prior emptio quam deficiente condicione, sed tunc q. secunda emptio licet n. n. efficacis ad resolutionem, vera tamen est verique emptori, cui in solidum obligatus. l. Si venditor. 14. hoc tit. quippe cum simulatio non sit in substantia, et veritate negotij, sed in pretij quantitate, n. facit nudam, et imaginariam emptionem, nec falsum emptorem, et nihil potest haberi pro infecto, nisi quod simulatum est, id est quatenus finxerunt contrahentes plus esse in pretio secunda emptioni, quam revera esset, itaque vera quidem emptio est, sed non vere allata melior conditio. 2. casus est, si primus emptor secundum emptorem minus idoneus subiciat, et in hoc casu resoluitur prima emptio, quia revera melior conditio allata fuit aucto pretio. q. ex vi pacti resolutus est primus contractus, q. omnes legem accipiunt ex conventionione. l. 1. Si convenit. 6. De portu. l. In conventionibus. 52. de V. O. Sed tamen ne dolus primi emptoris impunitus remaneat, conceditur venditori adversus eum actio ex vendito, ut consequatur quantum sua intererit deceptum n. esse, et fructus, quos percepit, et quo rei deteriori dolo, vel culpa illius facta est. d. l. Si venditor. 14. §. 1. hoc tit. 3. quando accessit secundus emptor plus offerens a nullo subiectus, quo casu prima emptio resoluitur, quia revera scerit conditio; nam est 2. emptor solvendo non sit, et ob id innanis; q. contra eum comperit actio. l. Nam si 6. de Dolo, sibi imputet venditor, qui potuit meliorem conditionem allatam n. admittere, quam comprobando bonum nomen creditori facere creditus. d. l. 14. §. Sed et 2. l. Inter causas. 26. §. a bene. 2. mandati. l. qui debitorem. 18. de fidejussor. docent Anton. Faber in Ration. add. l. 14. in prin. et §. 1. et 2. h. tit. Donell. d. lib. 16. cap. 18. Veri. prima conditio =

Num. 3.

Si ergo verus accedat secundus emptor, et a nullo ex contrahentibus subiectus, qui meliorem afferat conditionem, resoluitur primus contractus ex vi pacti; Nec intererit quoniam nam iste sit, an extraneus, an ex ipsemet contrahentibus unus; namque ex pluribus venditoribus poterit adjectione facta rem emere, quam ipse prius cum alij cum pacto addictionis vendiderat. l. Quod si uno. 13. §. Vlt. hoc tit. Nec obstat dolum committere venditorem venditionem a se factam reprobantem, et contra proprium factum venientem. l. Vindicantem. 11. de Eviction. Illud namque verum est, si simpliciter, et sine ulla conditione vendiderit, n. vero in presenti ubi pro virtute pacti, ut qui liber alij admitti poterit. Donell. d. lib. 16. cap. 18. Veri. prima conditio ad medium. Nec rursus officiat venditorem rejiciendum esse, quia rem suam emit, quod merito reprobatum stat, q. rei propria emptio contrahere nequit. l. Sua rei. 16. de Contrah. empt. etenim multa sunt, quae licet separata, et divisa transire, et acquiri nequeant, tamen cum univertate transeunt, ut fundus dotalis, et alia. l. 1. §. 1. de fundo dotali. l. Quaedam. 62. de acquir. Res. domin. nihil q. prohibet venditorem partem dominij cum tota re, quam emit, etiam partem suam emere, cum totius rei Dominus non est, nec proinde verum sit formaliter id eum emere, cuius dominus est, sicuti nec tota rei pars rei est, nec pari ipsa tota rei. eleganti rati. in l. qui negotia. 34. §. Vlt. Mand. Nec obstat rati. in l. Sed si communia. 18. de Contrah. empt. ubi si quis rem, quam cum alio communem habeat, emerit, scio pretio pro portione, docet Cui pro parte emptorem valere, pro parte n. Valere. q. adhuc cum tota re emere partem nostram non possumus; nam ut docet Faber in hujus rati. Rationali Regula deducta ex d. l. 34. §. Vlt. cum similibus locum habet, cum plurium Dnorum portiones unico dumtaxat contractu, et unico pretio vendita sunt; non enim casu fit ex necessitate, ut qui totam rem emere cogatur; at vero in d. l. 18. nulla adest necessitas, quae nos dicere cogat, emptorem partem suam emere cogendum, ideo pro parte tantum subicitur emptio. Similiter unus ex pluribus emptoribus poterit meliorem conditionem addicere, etiam pro sua parte. Nec offendit emptorem interum Dnum esse in l. 2. §. Vlt.







Vendita, non alterius. Unde si secundo emptori quaedam accedant, quae primo non accesserint, prior venditio valet, dumtamen res de novo accedentes plures, vel saltem non minores sint, quam quo postea pluri fundus venierit, cum nihil videatur pervenire ad venditorem, licet auctum sit pretium, cum pro ea adjectione aliquid dederit, quod non minori valeat; Secus vero erit, si res, quae accedunt, minores essent, cum in eo casu non ponitur non videri melior oblata conditio; Unde in l. Si praedio. §. Si fundus. l. hoc tit. in illo Verbo quasi melior conditio allata non sit, si minores sint, legendum est si minores non sint, admissa negatione Vulgatae Edictionis, quam non habent Florentini Codices; Nam praeterquam negari non potest, meliorem conditionem allatam esse, si pretium adjectum excedat valorem rei accedentis ipse Pomponius in d. §. Si fundus. in principio, expresse id ipsum docet, valere primam emptionem, quo casu rei, quae accedunt, non minores sunt, quam quo postea pluri fundus venierit; jam enim loquitur Cuius, si non minores sint haec res, quam quo postea pluri fundus venierit. Colligitur ergo manifeste, omniam negationem supplendam esse, nisi forte velis (et quidem non inepte) faciliorem emendatione admissa ita legere, quasi melior allata conditio non sit, si minores sit, mutata tantum terminatione, seu numero, ut sensus sit, primam venditionem valere, si res accedentes minores sint, quam non videntur melior allata conditio, quae minori sit, quam quod res adjecta valent, hoc est quae non superat, nec excedat estimationem rei accedentis; Verum enim vero si non dolo venditoris, sed bona fide quaedam secundo emptori accedant, quamvis non minores sint, quam quo pluri fundus venierit, prior venditio resolvitur, veluti si venditor conscientia forte, vel affectione, seu aliqua utilitate ductus 2.º emptori fundum addiderit. l. fundo. 19. h. tit. ubi in ultimis verbis loci illorum, quae habentur in Florentini prioris venditori facta sit adjectio, quae merito reprehenditur Antonii Faber, qui elegit Prioris emptori facta sit adjectio. Quae solutio licet optimum includat sensum peccat in emendationis editione, quod si possibile est, semper ut nefas fugiendum est, quare arduer communi lectio, quae etiam placuit Accursio ibi prioris venditori, qui respectu duplici venditioni potuit quamvis sit unus non inconcine prior nuncupari.

Num. 7.

Similiter non resolvitur primus contractus, quamvis melior conditio afferatur, nisi super ipsa vendita fiat adjectio. Unde de si res vendita intercederit, vel ancilla decenerit, nec fructus, nec pacti nomine admittitur adjectio; quia alterius rei, quam quae distracta est, nequit admitti adjectio. l. Vbi autem. §. hoc tit. Nec adversatur, quod ex duobus servis viginti venditis, uno mortuo superstiti nomine potest adjectio accipi. d. l. §. Idem Iulianus. hoc tit. l. Cum ex causa. 139. de V. O. Deinde non resolvit primam emptionem melior allata conditio, si intra diem praefixum supra eam primus emptor adiciat, tum quia ex verbis conventionis non intelligitur melior conditio, quae ab additione facta superata est. Tum quia adjectio primi emptori nequit citra fraudem, et injuriam addi. l. 8. h. tit. quod adeo verum est, ut teneatur venditor meliori conditione allata primum emptorem certiorum facere, ut ponit, si velit additione alium vincere; namque bona fidei contractus primum emptorem, ut potest dominium rei saltem revocabile proponendum suadet. l. Necesse. 8. h. tit. docuit Faber in d. l. 2. in dictis Iuribus Donell. d. lib. 16. cap. 18. Verbo 4.º conditio. Valentinus d. lib. 2. tract. 4. cap. 2. n. 4. Sed advertere, primum emptorem in hoc casu non ex primo contractu, qui revocatus est, Dominum effici, sed ex secundo. l. Item. 6. §. Vlt. hoc tit. ubi Antonii Faber; quia in isto casu superstiti servi aequè principaliter fuit venditus; Unde nil minus admittatur adjectio; Verum necesse erit, quod pretium totum utriusque servum vi augeatur, id est quod supra viginti adiciat emptor, pretium namque venditionis indivisibile est. l. Si furtiva. 78. §. qui fundum. 2. de Contrah. empti. Item emptionis causa indivisa est aequè. l. Iulianus. 13. §. offerri. 8. de actioni. empti. docet Antonii Faber in d. l. §. et 4. h. tit. =

Num. 8.

Quaeritur tamen solet, an nullo, cui rei vendita fuit sub pacto additionis in diem paratus sit idem pretium offerre, quod si licitator obtulerit, sit preferendus? In qua quaest. communi sent. placet, quae tenet non ponere licitatoris idem







proprij actionibus; Dum enim licet minor ab alio plus offerente fuerit superari, non est audiendus, siue velit preferri posteriori licitatori rursus offerendo, siue velit admitti ad novam licitationem; quia minor, qui licitatione vincitur in actionem rei nondum venditae, et qua ipse non fit, nihil admittit, ut subtiliter animadvertit Anton. Faber in Vation. ad d. l. 35. de minoribus.

Num. 10.

Rursum nec melior conditio allata jam emptionem resolvere potest, nisi admittitur a Venditore, cui liberum est eam respuere, et abicere; Nam quamvis ex vi conventionum, quae dat legem contractui. l. 1. §. Si convenit. 6. Depositi. l. In conventionalibus. 52. de V. O. quam bona fides exposcit. l. Venditor. 13. Communia praedior. ipso Iure resolutus videatur contractus emptione te conditio, nisi cum pactum additionis in diem venditori favore sit inductum, ut patet, non absolute, sed mediante ipsius Voluntate resolvitur; quod idem etiam eadem ratione contingit in venditione facta sub pacto comminatio. l. 2. et 3. de lege Communi. Si ergo eo uti velit Venditor, quod ei licet, quemadmodum alio quolibet ejus gratia inducto l. Si Iudex. 4. de Minoribus. l. Pactum. 46. de Pactis. l. penult. eod. tit. consuetudo prior venditio, cum Voluntas, ex qua pendet resolutio, eam non admittit; quin fundantur Verba conventionum; melior namque conditio illa videtur, quae magis placet Venditori. l. Sabinus. 9. hoc tit. dummodo nihil Venditor faciat in praedictis primae emptioni, veluti si in prima venditione apponitur fuerit pactum, ut meliore ab alio allata conditio liceat emptori a contractu recedere, et reverti. d. l. Sabinus. 9. hoc tit. nec etiam in fraude alterius tertij, veluti si creditor pignori cum pacto additionis in diem venditum non addicat 2. emptori plura licentia; Nam bona fides, quae servari debet in contractu pignoratitio. l. 6. C. de Pignori. act. exigat praesens, quod si admittatur additio fiat fraus debitori, cui superfluum pretium restituere teneret creditor actione pignoratitia, si plus sit in pretio, quam in debito, id est si plus accipiat ex pretio rei venditae, quam ipse deberet. l. Vlt. C. de Distract. pignori. l. Vlt. C. Si venditor pignore agat. non minus §. quod negueat in debitori. h. tit. docent Anton. Faber in d. l. 9. et 10. hoc tit. Cusac. lib. 13. Dig. Julian. ind. l. 10. doctrina locum habet. Donell. lib. 16. cap. 18. Veri. 5. Condicio.

Num. 11.

Superior haec doctrina locum habet in venditione facta sub pacto additionis in diem, non vero in venditione facta in publica subhastatione, in qua primus licitator liberatur per obligationem melioris conditionis, dummodo secundus licitator idoneus sit. Ratio dicitur minus pendet ex eo, quod pactum additionis in diem, ut nuper dicebam, adjicere prorsus in favorem, et utilitatem venditori, ut oblata meliori conditio alteri vendere possit, ut contractus jam perfectus resolvatur, quin deique in ejus arbitrio est meliorem allataz conditioz admittere, vel respuere; ac in venditione facta in publica subhastatione nil magis cum primo, quam cum alij gestum censeatur, imo ex qualitate rei, et consuetudine semper magis admittitur, quod plus offert. l. Penes illum. 4. C. de Vectigal. et Can. Unde obicit primum licitatorum meliori allata conditioz liberari. Nec tunc obicit ex eo sequi, primum licitatorum fraudulose possessionem summittere alium non idoneum, ut se liberet; Nam tunc potest Venditor non idoneus licitatorum non admittere, et si fraus prima probetur, actio contra eum ad totum id, quod inter est, competat. l. Si Venditor. 14. §. hoc tit. juxta supra dicta num. 2. Tradit hanc elegantem distinctionem pluribus Antiquorum sententij rejectis Arias Pine llus in l. 2. C. de Rescind. Vendit. c. 2. p. 2. n. 29. cum 2. seqq. qui meo iudicio feliciter hanc rem explicat, quam doctissimus Amaya in l. 1. C. de fide, et Iur. hast. fiscal. num. 34. et seqq.

Num. 12.

Ex nuper dictis colligitur, illam videri meliorem conditioz, quae magis venditori placet, nisi veniat aliquod inconveniens, quod adeo verum est, ut locum habeat, etiam si minus idoneum emptorem elegerit venditor, vel eum,



qui nullo Iure, vel naturaliter tantum potest obligari, veluti si admiserit additionem  
factam ab eo, qui solvendo non est. l. Si venditor. ff. in fine principij h. tit.; ea namque vi-  
deretur melior conditio, quam venditor comprobavit, cui licuit abjicere; quia quisquis  
debitorem admittit, quamvis inopem bonum nomen facere creditur. l. Inter causas. 26.  
S. Ad hanc. 2. Mand. l. Qui debitorum. ff. de fidejussor. aut si pupillo sine tutoris auctoritate  
ementi addiderit; quippe etiam diceretur a priori emptione consensu venditoris. d. l.  
Si venditor. ff. S. Sed si pupillus. 3. h. tit. Nam quamvis in isto casu emptio exprime pupilli  
non teneat. l. Iulianus. ff. S. Si quis a pupillo. 29. de action. empti; quia pupillus vel natu-  
raliter tantum, ut volebat Accursus, vel nullo Iure teneatur, ut docet Faber in Rationali  
ad d. l. ff. S. 3. h. tit. et ad d. l. Si quis a pupillo. 29. Subiicit tamen contractus ex latere  
alterius, scilicet venditoris d. l. 29. ideoque valet pupillus, nam licet non obligetur,  
aliud tamen sibi obligare potest, nec favor illius consensui in eius odium versatur.  
Contra l. penult. C. ad Trebell. l. In eo. ff. C. de Procurator. Subiicit tamen vendi-  
tione ex parte saltem venditoris nihil mirum, quod prima emptio resolvatur. ad  
l. ff. S. 3. h. tit. Idem contingit, si servus alienus pluri liceret, si illius additio-  
nez recipiat venditor ad l. ff. S. 3. quia licet servus naturaliter tantum obligari  
valeat. l. Nec servus. ff. de Peculio. leg. Servi. ff. de Oblig. et act. venditorum tamen  
secum contrahentes civiliter obligant, non quidem sibi, sed Domino, cuius conditio-  
nem meliorem facere possunt; debitorum vero nequeunt. l. Melior. ff. de Reg. Iur.  
Nec distinguimus Verum alienum servum scierit, an putaverit liberum esse, quia  
Utrique casu valet emptio, et est efficax ad resolvendam primam. Nec officit in hoc  
ultimo casu non posse emptorem subscire ex defectu consensui, cum sit contractus,  
qui consensu perficitur. In tit. de Empt. et Vendit. S. Vnic. In tit. de Obligat. quae  
ex consensu. l. ff. S. Vlt. de Contrah. empt. qui nequit in errante considerari, cum  
nihil tam contrarium sit consensui, quam error. l. Si per errorem. ff. de Iurisdic.  
Omni. Iudic. l. Nihil. ff. S. Vlt. de Reg. Iur. quia error iure conditionis, seu status  
Emptoris non potest nullam efficere venditionem, quae etiam celebrata cum servo  
alieno valeat, ut nuper dicebamus: nil ergo intererit scierit servum alienum, an  
liberum putaverit; quia utroque casu tenebit emptio, et priorum resolveret; secus vero  
contingit, si servo proprio, vel filio, quem in potestate habet, addiderit; in his  
namque casibus non resolvitur prima emptio, quia non tenet secunda, non quia non  
oriatur naturalis obligatio inter Dominum, et servum, Patrem, et filium fam. l. Nec  
servus. ff. de Peculio. l. frater. ff. de Condit. indeb. Anton. Faber lib. 8. Consect. cap. 2.  
Donell. lib. 14. cap. 19. ubi Orinald. Valentinus lib. 4. Illustr. tract. 4. cap. 8. Cusac. lib. 9. quart.  
Afric. in d. l. 38. Sed quia nequit produci ulla actio civilis, sine qua non valet subsc-  
dere contractus: nullius ergo momenti est additio facta servo suo, vel filio in potes-  
tate existenti. in d. l. ff. S. 3. h. tit. quemadmodum si Domino rei per errorem facta  
fuerit d. l. in fine, quia rei propria emptio non valet, praesertim ab ignorante  
facta. l. 16. de Contrah. empt. docet Faber in d. l. ff. S. Vlt. Sed si noviter Donell. d.  
lib. 16. cap. 18. Veri. S. Condicio. num. 13.

Num. 13.

Requiritur deinde, ut prima emptio resol-  
vatur meliori allata condicione, quod totum admittat venditor; nam partem  
solum recipiendo nihil agit, veluti si cum totum fundum alicui vendiderit, et postea  
pretio adjecto dimidiam illius partem alij addiderit. l. Quod si uno. ff. hoc tit.  
quia cum prima emptio sit indivisa. l. Cum ex causa. ff. de V. O. nequit pro  
parte valere, et pro parte resolveri: manebit ergo tota rei emptio priori emptori. Idem sex-  
vatur in persona plurimum venditorum; nam si supponamus, tres Domini ejusdem  
fundi illum alicui sub pacto additionis vendiderint, et duo ex illis 2. emptori  
plus addicenti addiderunt, unus tamen adjectionez non admittit, totus fundus  
apud priorem emptorem remanebit, cum nequeat separari individua causa Em-  
tionis



tionis. Ceterum in isto casu adhibenda est differentia, et distinctio; Aut enim uno pretio fundus ab omnibus prioribus emptori venditus est, aut variis, et diversis pretiis, primo casu procedit auctio nostra, quia indivisibilis est emptio, quae non valet discerni, et separari, ideoque totus fundus videbitur primo emptus; secundo vero casu partes duorum venditorum, qui secundo addixerunt, ei acquirere erunt resoluta nimirum respectu duorum venditione; pari vero alterius, qui respicit additionem penes primum remanebit servata prima emptio respectu illius, quod non inauditum, sed Iuris reguli conforme videri debet; quia cum venditionis substantia contrahat ex pretio. l. Pacta. de Contrah. empt. tot sunt emptiones quot sunt pretia praesentibus pluribus venditoribus constituta, maxime si vendentium partes disparatae fuerint: Cum ergo plures adint venditiones, quod dux resolvantur, altera vero pervertat. docent Consulti in l. quod a. ff. de Vlt. l. Sed et in l. 2. l. Quod si uno. ff. hoc tit. ubi Faber in Ration. Donell. d. lib. 16. cap. 18. Veri. quinta conditio =

Num. 14.

Rursum necesse est, quod secundo emptori, qui meliorem conditionem attulit, res addicatur vere, id est pure irrevocabiliter. Etenim si res 2. addicatur cum novo pacto additionis in diem, statim res efficiatur primi emptori ex sent. Sabini, cum non videatur strictissime conditio res non securae, non irrevocabiliter, sed sub novo pacto 2. addicere. l. Quod autem ff. h. tit. Quae sent. solidius nititur fundamentum, quia non videtur melior allata conditio, dum res 2. emptori non addicatur irrevocabiliter sine metu resolutionis. 2. quia ex hac 2. conditione illud manifeste sequitur inconveniens, ut nullus sit vendendi finis, et quod habeat in infinitum, si venditori liceat rem venditam in diem aditam alij rursus in diem adicere, et iterum alij: manebit ergo statim efficax 1. emptio in super habita 2. venditione propter praedictas rationes concludebat Sabini, cuius sent. eo addito temperamento, quam optime interpretatus est Iulianus lib. 15. Digest. in d. l. ff. Veri. Iulianus ab Ulp. receptus; Aut enim, inquit, in super contrahentes actum fuit in 1. venditione, ut liceret fundum alij sub novo pacto addicere; aut nihil de hoc actum est; namque in hoc casu vera est Sabini sent., in illo autem minime, quia cum in empti, et venditi illud observetur, quod actum est. l. Sed Celsus. 6. ff. de Contrah. empt. propter huius conventionis vim subtrahitur 2. venditio, dummodo 2. et 3. saltem venditione discedat dominus a primo emptore, quia in hoc casu, sicut in alij, ternario non negotium concluditur, ne res abeat in infinitum. l. Ad peremptorium 66. ff. de Iudic. Verum non prius discedet dominus ab emptore, quam res securae, et irrevocabiliter 2. addita fuerit, quia hoc tantum casu videtur exire conditio, et resolvi 1. emptio, non ante, cum nequeat abire dominus a primo emptore, priusquam irrevocabiliter 2. acquirunt fuerit. docet Anton. Faber in Rationali ad d. l. ff. hoc tit.

Donell. d. lib. 16. cap. 18. Veri. Sexta conditio = Denique nec resolvitur prima emptio, quamvis conditio allata fuerit, si non constet, cuius rei gratia adjecta sit, qui casu in unica re vendita expedita est. Sed dubium esse potest pluribus rebus venditis, veluti duobus servis separatim denu venditis, stiterit qui 3. offerat; nam si non apparet an pro hoc, an pupillo, vel simul pro utroque facta sit adjectio, non videbitur a prima emptio discedere, cum incertum sit, an fuerit adimpleta conditio, quod necesse erat ad resolutionem 1. venditionis, ut patet. Et si dicas, Ius in praesenti non deficere, deficit tamen probatio, quod satis est. l. Cum duo. ff. hoc tit. in alij multis casibus. l. Duo sunt. ff. de Tertam. tit. l. In tempus. 62. ff. iuncta l. qui solvendo. ff. de hered. instit. l. Si fuerit. ff. de rebus dub. cum alij, quos refert Anton. Faber in Rationali ad d. l. ff. hoc tit. ~~~~~

Num. 15.



# Caput tertium.

## De effectibus resolutionis, qua inducitur ipso Iure, et vi pacti additionis in diem existente ≈ ≈ ≈ Conditione ≈ ≈ ≈

Num. 1.

Emptio, et venditio facta cum pacto additionis in diem, deficiente condit. id est meliori non allata conditione eo modo quo superiori cap. exposuimus, statim tenet, valet, subiicit, et a tempore inniti contractus efficax reputatur, si p.ue celebrata fuit, ut exiit, cum defecta est conditio, si conditionalis fuit, l. 2. l. Item quod. 6. l. Imperator. 16. h. tit. l. 1. l. 1. c. venditio. 7. de Contrah. empt. quod contingit etiam in emptio celebrata sub pacto commisorio. legi l. 5. l. 6. in p.rio. et S. Vlt. l. Post diem. 7. de lege Commu. docent Anton. Faber in Rationali ad dictas leges Donell. lib. 1. cap. 16. et lib. 18. cap. Vlt. Ceterum si exiit conditio meliori conditioni, illico prima emptio, resolvitur ipso Iure vigore pacti, cuius est adeo ingens potentia, ut deleat penitus imaginem contractus, et illius conceptum prouti tollat, et titulum reddat ad non titulum, nullumque contractus praesens supponat, quod ex nuper citatis Iuribus satis aperte constat ex l. Vbi autem. l. 5. Sed et Marcellus. 3. hoc tit. docent Faber, et Donell. ubi supra, Orwald. lib. 1. c. 1. et D. Nec mirum hoc videri debet; Nam praeterquamq. haec pacta in diem additionis, et commisorium tempore ipsius contractus reputantur, et aequae cum ipsa efficacia sunt. l. Praesens. 31. ff. de Pactis. l. Pacta. 12. de Contrah. empt. l. 1. 5. Stipulat. duplex de Praesens. stipulat. l. fundi. 79. de Contrah. empt. Etiam adjecta fuerunt in traditione rei propriae, quod sufficit, ut pactum alias inefficax valeat. l. In traditione. l. 1. 2. h. de Pactis. l. Venditor. 13. Communia praedicta l. penult. C. Deponi. docent D. Reteri lib. 2. opus. sect. 4. cap. 1. n. 7. et 8. et cap. 2. n. 6. Faber in Rationali ad d. l. 2. h. tit. in fine. Donell. d. lib. 16. cap. 19. Veri. ac de adjectione: nihil q. mirum, quod hoc pactum additionis, et commisorium etiam tantum sint ponderi, ut contractum ipso Iure resolvat, similiter et commisorium illius imaginem omnino abolendo =

Num. 2.

Alii tamen graviter adveniat difficultas in l. Inficiando. 67. §. Cum servus. 3. de furtis, ubi proponit Celsus servum venditum fuisse, et quidam rei emptori subripuisse, ut postea inemptum factum supponant ex pacto additionis in diem, vel commisorio, ac venditori reditum, quaeritur an possit emptor furti actionem exercere contra venditorem? Negat Cuius, ex qua hypothese sic argum. Ratio, ob quam in praesens derogatur actio furti emptori, ea praesens est, quia Dominus furti subripientis, quod patet, q. docet Cuius ob id furti actionem non competere, quia furtum factum fuit, antequam servus venditori redderetur, id est reverteretur in potestate venditori; sed sic est, quod resoluta fuit emptio, ut constat aperte, quod servus inemptus proponitur: q. resolutio non delet contractus imaginem, quod si hoc efficeret, supponeremus, emptorem nunquam servi Dominum fuisse titulo nimirum deficiente vigore resolutionis, ac per consequens nihil impedimento esse quominus actione furti exerceatur. Cum q. contractus affirmet Celsus, dicendum videtur, resolutionis potestate non adeo efficacem esse, ut valeat tollere conceptum contractus adveniat ea, qua asserimus num. superiori. Verum huius difficultati dupliciter responderi potest, primo asserendo servum in d. §. 3. non fuisse inemptum factum ratione pacti in diem additionis, vel commisorio, sed ratione reddi-



redhibitionis, quod manifeste constat ex eo, quia nullam mentionem facit Celsus de ullo ex his pactis; quia et Verbum illud redderet sari demonstrat loqui Celsus de redhibitione, cum aperte denotet, necessarium esse factum, et contradictionem emptoris, ut revertatur servus in potestate venditoris, qua traditione opus non esset, si fieret resolutio ex vi pacti, vel Communionis, ut infra late fundabimus; cumque redhibitio resolvens contractus illius imaginem non debeat, nec eum non praesens absolute supponat. l. Servus. 12. §. Cum a servis. 2. de furtis. l. Si hominem. 19. juncto ibi Cusacio in Recitat. de Vucap. l. Si debitor. 4. qui b. mod. pign. solv. l. Redhibere. 21. l. Cum autem. 23. §. 8. juncto §. 7. l. Bobem. 43. §. Pignus. 8. l. facta. 60. de Adilit. edict. juncta l. §. Sed et Marcell. 3. hoc tit. ubi docet Faber in Rationali, nihil mirum quod cesset actio furti, cum servus fux in dominio emptoris stitueret, quo tempore subripuit, quamvis ejus esse desineret potestate redhibitionis; nulla quippe actio potest nasci inter Dnum, et servum. l. Nec cum filio. 16. cum seq. de furtis, nec si alienatus, vel manumittus fuerit. d. l. §. 1. merito §. denegatur actio furti emptori. d. l. §. 3. ob predictam rationem, quam mirifice exponit, et apprimè veram ostendit tibi in d. l. §. 2. de furtis.

Num. 3.

Secundo tentari fontan non absurde potest tibi in d. §. Cum servus. 3. intelligi posse de venditione facta cum pacto additionis, vel communionis. Nec tunc obstat dicere, quia resolutio in isto casu prioris delendo imaginem contractus supponit praesens emptoris nunquam servus Dominus fuisse; unde nequit non competere ei actio furti adversus venditorem; nam cum haec actio nunquam nacta fuerit rationem dominij saltem revocabili; quia penes emptorem tum temporis vendebat, non posse ex post facto ei concedi, quia resolutio ea tantum restituere valet, et circa ea solum, quae verè medio tempore intervenierunt, ut puta fructus, et alia id generis. l. Vbi autem. 4. §. 3. l. Item. 6. l. Imperator. 16. h. tit. in quibus Faber, et actio furti nulla intercedit, quae orta nunquam fuit: nequit §. restitui emptori, §. actiones, quae ab initio non subsistunt, nec producuntur, non solent ex post facto accommodari. d. l. §. 1. de furtis. l. Cum servus. 39. §. 9. l. Caetera. 41. §. 2. de leg. 1. l. Maximus. 66. §. fundo. 6. de leg. 2. §. Si rem. 10. Inint. de Legatis. Cum §. actio furti non fuerit à principio orta, nihil mirum, quod nec virtute resolutionis produci possit.

Num. 4.

Ex dictis facile colligitur, quod quamvis emptor venditione pure celebrata cum pacto additionis, vel communionis interum fructus suos faciat tanquam verus Dominus. l. Item. 6. l. Imperator. 16. hoc tit. l. Legi. 5. de lege Communi. itemque fructus accessionis. l. 2. §. 1. h. tit. d. l. §. 6. §. 1. de lege Communi. et Vucapere possit rem venditam alienam. d. l. Vbi autem. 4. h. tit. l. 2. §. Non idem. 4. Pro emptore, rei emptor periculum periculum ad eum spectet tanquam Dominum. d. l. §. 2. §. 1. cum l. sequenti. hoc tit. §. Cum autem. 5. Inint. de empt. et vendit. tamen meliori allata condit. Vel pretio ad diem non soluto, hi omnes effectus evanescent, taliter ut omnes fructus accessiones etiam Vucapionis venditori restituere teneatur. d. l. Item. 6. d. l. §. 16. h. tit. l. §. 5. et 6. de lege Communi. Nec officit emptoribus recto titulo fructus, et accessiones acquirere, scilicet Jure soli, et dominij, quo fructus quaeque l. Qui scit. 25. §. 1. de Vsur. nec posse ob id, quod sit Dominus prioris esse conditioni, quam bona fidei possessor. l. 12. §. Si quis servus. 7. de Captiv. §. ratione bona fidei percepto, et consumpto fructus, vel Vucapio sui facit irrevocabiliter. l. Sequitur. 4. §. Lana. 12. de Vucap. l. §. 1. Post litem finituz Regund. eo solo respectu quia quoad fructus loco Dni est. l. Bona fidei. 48. de acquir. rer. domini. namque re inempta facta per resolutionem contractus, nec super est titulus, nulluque fuisse, vel praesens intelligitur, sine quo nemo potest esse possessor bona fidei. l. Bona fidei. 19. de V. S. deficiente ergo titulo nulla ratione potest emptor fructus retinere, imo debet eos statim restituere venditori. d. l. §. 6. et 16. h. tit. l. §. 2. et 6. de lege Communi. etiam consumpto, et Vucapio, quia licet ab initio iusto dominij titulo sui fecerit, scivit tamen se percipere eo titulo, qui poterat reduci ad non titulum, utque possessor ad non possessionem; nec enim possessor factus fuisset ex venditione, nisi venditio ea lege celebrata fuisset, nec perinde Vucapiendi Juri, nec causam ullam habuisset. Nequit §. Restitutionem fructuum recusare, quin hoc ipso



in dolo, et mala fide constituantur. l. 2. §. Circa. 3. de Doli mali excepte. Advertendum  
tamen fructuum restitutionem faciendam esse deductis necessariis impensis in eo factis,  
quae in omni causa semper continentur. l. Si a n. Dno. 36. §. Vlt. de Perit. hered. l. fundi.  
St. fam. l. xxi. ad quarum retentionem conceditur emptori actio ex empto d. l. Impera-  
tor. 16. h. tit. docent Faber in Rationali ad d. l. 2. §. Vlt. l. 3. et 4. 6. et 16. h. tit. et ad l. 5.  
et 6. de lege communi. Donell. d. lib. 16. cap. 18. ad finem.

Num. 5.

Verum resolutionis potestatem necessa-  
riam esse, ut emptor allata meliori condit. fructus reddere teneatur Venditori pro-  
bare videtur tñ. in l. Statu liber. 38. §. Vlt. ad legem Falcid. ubi serui in diem addicti  
in dominio venditoris, n. emptori esse scribit Hermogen. ergo falsi dicimus ante  
allatam meliorem conditionem dominus rei in diem addicta reverte penes emptorem,  
et ob id necessariam esse potestatem resolutionis, ut meliori allata conditione emptor  
fructus restituere cogatur Venditori. Respondendum est, quod licet rei in diem addicta  
ante meliorem allatam conditionem sint in emptori dominio, tamen cum singulari  
Iure quodam cum tractatur de lege Falcidia in dominio venditoris numerantur, quia  
ibi non tam de praesio rerum dominio cuius n. quae oportet, quam de ipsarum dis-  
timatione; Certum autem est re aliqua vendita sub pacto additionis in diem, aut  
sub lege comminoria debere venditoris omnimodo utrum habere, ut fiat inempta,  
aut rei pretium, et quidem majus quam quando res aucta est per venditorem, si for-  
te melior conditio aliqua afferatur, quemadmodum et statu liber, qui interim est her-  
edi pleno Iure quousque libertatis conditio stiterit l. Si debitor. 45. §. Vlt. de fidei-  
comm. liber. l. Generaliter. 29. §. 1. qui, et a quib. interim familiae heredi n. auget  
quantum ad ponendam rationem legi Falcidia d. l. 38. in prin. ad leg. Falcid. nimirum  
propter incertitudinem conditionis, et spem discessuraz ab eo quoad dominium, aut  
potius propter implicitum casum libertatis, ut Paulus loquitur in l. Vlt. §. si ex novali  
causa agatur, docet Goveanus ad d. l. 38. ad leg. Falcid. Faber in Rationali ad d. l. 4. §. 3. h.  
tit. circa finem, et ad d. l. Si qui. 41. circa medium de Rei vindic.

Num. 6.

Resoluto ergo contractu poterit Ven-  
ditor petere ab emptore rei, ejusque fructus, et accensionem actione ex vendito ex  
constitutione Severi, et Antonini l. Si fundus. 4. de Lege Communi. quae necessaria  
fuit, quia ante Scavolaz actio praescripti Verbi competebat ex huius pacti, quae re-  
solvabant contractum ex sententia Pauli in l. Si vir. 12. de Praescript. Verbi. et Labeani  
in l. Labeo. 58. de Contract. empt. qui ea ratione nitebantur, Contractus n. poterit ac-  
comodari pacto ejus contra se ipsum: §. licet pactum resolutivum in hunc contractum,  
tamen cum illud n. firmet, sed destruat, n. poterit producere actionem ex ipso contrac-  
tu, cui adjicitur; quare cum solemniter, et usitata deficeret, ad actionem praescripti  
Verbi recurrendum esse dicebant; Verum rescritto Severi, et Antonini statutum  
fuit, ut ex pacto resolutivo actio eadem oriretur, quae nascitur ex contractu, cui  
adjicitur, quod benigne induxerunt de novo, nec veteri remedium, aut veterem  
actionem praescripti Verbi subitulerunt; itaque nova inducta veteri actio per-  
manit, quae est ratio quare utraque actio in hac specie competat in l. 2. C. de Pact.  
inter emptor. et vendit. d. l. 4. de Lege Communi. l. Imperator. 16. §. 1. h. tit. juncta l. 12.  
de Praescript. Verbi. d. l. 50. de Contract. empt. l. Sed Celsus. 6. §. 1. eod. tit. tñ. eleganti in  
l. Si convenit. 6. de Rescind. Vendit. ubi si rei ita venierit, ut n. intra certum tempus  
duplicetur, redderet, ait Paulus ex empto actionem esse, ut putat Sabinus; aut actio-  
nem in factum proximam empti actioni dari, ex quo conjecturari licet super hac re  
olim inter Proculum, et Sabinum fuisse controversiam, et Sabinum sententiam rescritto confirmari  
masse Severum, et Antoninum. Nectunc obstat ratio, quam pro Proculo expendebam;  
quia resp. actionem ex empto competere n. tantum ad implendum contractum, sed ad  
dissolvendum, resolvendumque l. Ex empto. 11. §. Si qui virginem. §. cum seq. de action.  
empti. §. pacta haec, quae destruant contractum, licet illi non inint pro parte illa,  
qui confirmari n. sunt iudicio, quatenus resolvit, ac resolvatur; formatum enim aliquan-



aliquando iudicium et reformatione et resolutione contractus, et pro hac parte nati-  
 tur actio ex contractu, et pacto resolutive. docent Donell. de Praescript. Verb. cap. 2. in  
 Recitat. ad d. l. 12. de Praescript. Verb. Faber in Variation. ad d. l. 4. de lege Commis. et d. l. 16.  
 h. tit. Reti. lib. 2. opusc. sect. 4. cap. 3. n. 9. cum 3. seqq. Alciatus lib. 5. Paradox. cap. 2. =

Num. 7.

Hic autem adeo vera sunt, quod n.  
 solum tenetur ut emptor rei, fructus, et accensiones Venditori restituere Resoluto per alium  
 contractu, quando scilicet altera meliorum conditionum fecit. d. l. Item. 6. l. Imperator. 16.  
 h. tit. d. l. 5. et 6. §. de lege Commis. sed etiam eos refundere obligatus est, licet ipse alte-  
 rius adjectionem superando pluri licitatus fuerit. d. l. 6. §. h. tit. Nam quamvis nec  
 possessor, nec Dominus esse desiderat, mutat tamen sibi titulum dominij, et possessionis sit,  
 quod Dominus ex secunda Venditione cum esset antea ex priora; Nec enim verax quid-  
 quam mutare sibi quamquam causam possessionis ob novum titulum supervenientem. l.  
 Non solum. 33. §. quod vulgo. l. de Vnicap. ubi vidend. Cusac. in Recitat. lib. 44. Digest.  
 Iulian. Faber in Variation. ad d. l. 6. §. h. tit. Unde cum titulus prima Venditionis  
 evanuerit per solutionem contractus nulla superest causa, ob quam possit emptor  
 fructus sibi retinere: Optima q. Ratio decisionis est in d. l. 6. §. h. tit. quod tenetur  
 etiam in hoc casu ei Venditori restituere, nisi aliud inter esse conventum fuerit,  
 quod servandus est. l. 6. §. de Contrah. empr. Faber add. l. 6. §. h. tit. Hic tamen  
 doctrina Refragatur xpi. in l. 11. de Iure fisci, ubi proponitur Valerium Pronum pro-  
 curatorem fisci Severi Imperatoris quaedam praedia Flavio Statio certo proctio ad-  
 didisse, deinde facta per alium licitatione eundem statum eadem recepta licita-  
 tione hac obtinuisse ob id, quod in vacua possessione inductus fuisset, quare barum  
 de fructibus medij temporis inter primam, et secundam licitationem, Patronus  
 fisci esse volebat, et contra vero statim secum esse affirmabat, eo quod idem fuisset  
 Ius, et secundus emptor: decimum fuit Vendemias, qui erant fructus, de quibus con-  
 trovertebatur, emptori effici ea ratione qua ante earum perceptionem additio  
 facta fuerat. Verum nova, et subtili ratione disceptant Papin, et omnes fructus Co-  
 lono offerendos n. esse, nec ei fisci tenerentur, ideoque Colonum fructus percipere debere,  
 emptorum vero perceptionem, secundum quorum opinionem pronuntiavit Imperator. Rur-  
 sus quaximum fuit de aridis fructibus scilicet faba, feno ante additionem percep-  
 tu. Respondit Imperator, Crifonio suggerente, ut supra responsum erat, scilicet posse-  
 siones ad emptorem pertinere, si ejus solvenda dies tempore facta additionis non-  
 dum venisset =

Num. 8.

Qui quidem xpi. in plurimis difficultatibus est. 1. quia docet Faber fructus  
 medij temporis ad emptorem pertinere. 2. quia supposito quod ad emptorem spectent, ei  
 n. fructus, sed possessionem praestandam a Colono deducitur. 3. tandem, et maxime  
 Equidem, quatenus ex suggestione Crifonini etiam emptori perperandam esse possit.  
 pro fructibus aridis ante secundam licitationem, et additionem percepti dicuntur.  
 Verum l. dubio, quod deducum est ex l. 11. facile respondit. ob id scilicet fructus  
 inter primam, et secundam licitationem (qua in Venditionibus facti a fisco semper  
 recipiuntur ob speciale ejus privilegium l. Lucius. 21. §. fin. ad Municip. l. Vnivers. 4.  
 C. de fide, et Iure hant. fiscal. l. 1. C. de Vend. Reb. Civit. D. Amaya in d. l. 4. et Cu-  
 jac. l. Respons. Pauli in d. l. 21. §. 11. et d. 11. in Rubrica) ad venditorem n. pertinere,  
 quia adhuc percepti non erant tempore secundae additionis conuerebant; quippe  
 in Vendemij, qua nec mutare, nec ob id facta fuerant tempore quo intervenit  
 secunda licitatio: bene ergo decimus stat, earum fructus n. ad venditorem, sed ad  
 emptorem spectare; quia xpi. in d. l. 6. et 16. loquuntur solum de fructibus jam  
 perceptis tempore secundae additionis. docet Cusac. in Recitat. ad d. l. 11. et Ama-  
 ya ad d. l. 1. d. tit. n. 15. Nec tunc obicit 2. difficultas; Nam quamvis de Iure com-  
 muni possit emptor in proponita specie fructus sibi percipere excluso Colono. l.  
 Emptorem. 9. C. de Locato. l. Arboris. 59. §. de Pruf. favore tamen fisci novus, et



speciale Ius induxerunt Papin. et nisi secundum quod pronuntiavit Imperator, hoc scilicet quod pensio tantum emptori a Colono praestaretur fructibus penes eum remanentibus, quasi hoc tacite inter fructus, et emptorum accumeret, ne aliam exclusum Colonus adversus fiscum ageret actio ex conducto quam si sua interesset fructu conditione praediorum. docent Cujas. et Amaya ubi nuper. 3<sup>a</sup> vero difficultati resolutio non ita expedita est; pensio namque fructuum aridorum, qui ante 2<sup>am</sup> licitationem percepti fuerunt, nulla ratione emptori praestari posse videbatur; Nam praeterquam quod fructus, quorum nomine solvitur pensio, nunquam ad emptorum pertinere potuerunt, utpote percepti ante additionem. d. l. 6. et 16. h. tit. d. l. 5. et 6. de lege Commin. pensio nullo Iure poterit ad emptorum spectare, etiam si ejus solvenda dies nondum venerit tempore secunda licitationis, si jam tunc fructus percepti sunt; quia ei semper debetur, cui debentur fructus non facta locatione. l. Julianus. 13. §. In locati. ff. de act. empti. l. Defuncta. 58. de Vult. in quibus Faber lib. 1. Conject. cap. 13. post medium; at locatione non facta venditori debentur abique dubio fructus ante secundam additionem percepti. §. et pensio debet ad eum spectare.

Num. 9.

Cui difficultati resp. quod licet Iure conditioni pensio ei debeatur semper, cui debentur fructus non facta locatione etiam si ejus solvenda dies nondum venerit, tamen speciale Ius servatum in re vendita a fisco in specie tota in l. 1. ubi ex praedio vendita duplex fructus quolibet anno percipiebatur, aridorum scilicet, et liquidorum; prima venditio contingi poterit per collectos aridos fructus, prius tamen quam liquidum perciperentur, et sic ante vindemiam, et ante diem solvenda pro vitiis fructibus pensio nisi emptor percepit pensionem credentem pro fructibus liquidum percepti post 2<sup>am</sup> venditionem: ex his, quae diximus in 2<sup>a</sup> difficultati solutione percipit eam pensionem cedentem post ipsam venditionem pro fructibus aridis ante eam perceptis contra Regulam d. l. 13. §. ff. de action. empti cum similibus; Nam et hoc emptori privilegium datur in compensationem damni, quod patitur ex eo, quod cogitur stare Colono fisci; expeditum siquidem est, ementem a fisco non posse expellere Colonus fisci, ne expulsi adversus fiscum agat, in cuius praedicti compensationem ex humanitate est praedicta pensio praestatur eo rationi praestatur, quod duplex fructus, qui ex uno praedio quorannu percipitur, pro uno, et eodem reputatur. eleganti tota in l. non fundus. 8. §. ff. Solutio marum. ergo cum duplex fructus vindemiarum scilicet, et aridorum pro uno teneatur, et vindemia collecta sint tempore secunda venditionis, licet fructus aridi percepti jam essent merito pronuntiavit Imperator utramque pensionem, cuius solvenda dies non dum venerat, emptori praestanda esse; merito itaque Cuius in praedicta questione proponit, venditionem perfectam fuisse ante vindemiam, quasi velit ea perfecta post vindemiam, omnesque illius anni fructus collectos etiam non dum cedente die pensio nisi solvenda ad venditorum, non ad emptorum pensionem pertinere; nec enim jam ageretur de patientia emptori, ut Colono staret, cum ea fructibus omnibus jam perceptis necessaria non fuit ita ob novum Ius inducendum ab Imperatore ad Triphoni suggestionem contentum in d. l. 1. et ejusque difficultatem mirifice explicat Cobari. lib. 1. Variar. §. 15. n. 94. et 95. quae refert ultimo loco post alias Petri. Barb. ad l. 7. §. Divortio. 1. in prio. 2<sup>a</sup> parte. Solutio marum. n. 85. et praecipue n. 96.

Num. 10.

Verum valde difficultis redditur superior doctrina circa fructuum restitutionem tradita, scilicet quod fructus inter primam, et secundam licitationem percepti debeant restitui venditori; quia resolutio contractus per additionem melioris conditionis nullus remanet emptori titulus, virtute cuius potest fructus percipere (quia alias non existente conditione ei acquirere ratione primae venditionis, quae deficiente conditione pura, propria, et irrevocabili tenetur



d. l. Item. 6. l. Imperator. 16. hoc tit. l. 1. de Iure fidei) etenim seclusa potestate  
 resolutionis fructus nequeunt medijs temporis ad emptores pertinere, etiam si secun-  
 da venditio non tolleret conceptus primae venditioni: q. non recte asserimus, fructuum  
 restitutionem fundari in defectu tituli producto ex resolutione. Argum. sic osten-  
 ditur: Si potestas resolutionis causaret fructuum restitutionem, illud praecise conse-  
 quens est, quod primo contractu n. resoluta ex defectu conditioni fructus ad emp-  
 tores spectarent; at in hoc casu nequeunt ei fructus acquiri; quia dominus illud  
 medijs temporis, utpote revocabile non est sufficiens fundamentum, in quo valeat con-  
 sistere fructuum acquiratio: q. non Vigor resolutionis, sed defectus Veri dominij, quod  
 Iure revocabile non fuit penes emptorem media tempore fructuum restitutionem indu-  
 cit: q. etiam n. resoluta primo contractu, hoc est proxiis non abolito nequeunt fruc-  
 tus ad emptorem pertinere. Corruit ergo superior doctrina. Probata minus deducta  
 a paritate ex fructibus legatorum percepti inter mortem testatoris, et additionem  
 hereditarii, non ad legatarium, sed ad haeredem pertinet. vbi in l. Ne. cum l. t. et 2.  
 C. de Vru. et fructib. legator. l. Cum servi. 39. §. 1. l. Si. tit. 86. §. 2. l. Si. servus. 108. §. 11.  
 l. 120. §. 2. de leg. 1. l. quod servus. 38. de leg. 2. Faber lib. 2. Conjectura. cap. 3. et 4. Cusac.  
 in Recitat. ad d. l. 39. §. fructuum, et ad l. Legatarium. 38. §. de leg. 1. et ad tit. C. de  
 Vru. et fructib. legator. Donell. lib. 8. Comment. cap. ubi Oruald. lit. Gomez tomo. 4.  
 Variar. cap. 2. num. 5; at legatarium Dominus est a morte testatoris. l. Legatum. 80. de  
 leg. 2. l. 64. de furti; et tamen quia illius dominus verum non est, nequit efficere, quod  
 ei fructus medijs temporis acquirantur: q. nec dominus emptori, utpote revocabile, hoc  
 valebit efficere.

Num. 11.

Ceterum hoc ingenti dubio n. obstante Verumimum est, quod supra  
 asserimus, scilicet quod licet fructus medijs temporis resoluta venditione n. possint  
 penes primum emptorem remanere ex defectu tituli, contractu tamen resoluta apud  
 eum Iure optimo resident. d. l. 6. et 16. hoc tit. quia dominus illud medio tempore  
 instabile, et revocabile defecta conditione sufficiens est ad fructuum acquiritionem,  
 cum Veri dominus sit, quamvis a principio revocabile. l. Non ideo minus. 66. de  
 Rei vindic. et causam habeat a traditione ipsiusmet dominij, ob idque omnes effec-  
 tus Veri dominij iuxta rationem producit. l. 4. §. 3. h. tit. Cum q. praecipuus effectus do-  
 minij consistat in fructuum acquiritione. l. Acquiratur. 10. de acquir. rer. domin. §.  
 Item. 2. Inst. de Veruz divi. Necessaria Iuris ratione tribuunt emptori fructus  
 medijs temporis per quos Ifirmate dominus irrevocabili n. existente conditione.  
 Nec nos turbat paritas deducta ex fructibus legatorum, qui ideo nequeunt acquiri  
 legatario, quia inter mortem testatoris, et additionem hereditarii n. fuit veritate  
 inspecta dominus rei legata; Nec officit admittit retractatione, illum medio tem-  
 pore Dnum existimari, si non verum, saltem fictivum, cuius dominij eadem debet  
 esse potestas ac Veri dominij. argum. l. filius, quem Pater. 23. de Lib. et Post. h. quippe  
 dominus illud nullum fuit a principio purum, sed dependens ab additione heredi-  
 tarii, et agnitione ipsiusmet legatarij. Deinde quia non incipit a traditione rei,  
 nec causam naturalem habuit, ob quam potestas legi illud tantum induxit  
 quoad transmissionem, non vero quoad fructuum acquiritionem: q. bene stat, quod  
 dominus legale inductus infavorem legatarij nequeat ei fructus medijs temporis  
 acquirere, et quod praedicti fructus ad emptorem pertineant, non resoluta primo  
 contractu, cum medio tempore verum, et naturale dominus habuerit. Quam  
 doctrinam quoad legata communem esse docent Cusac. et Faber in loci nuper Te-  
 latis. Verum Gomez, et alij relati ab Orualdo lib. 8. Comment. cap. 17. lit. C. defen-  
 dunt fructus legatario deberi a tempore mortis inducta retractatione, sed minus secun-

Num. 12.

Rursum emptorem resoluta contractu  
 n. teneri venditori restituere fructus ex eo putatur; nam periculum rei media  
 adita pertinet ad emptorem. l. 2. §. fin. cum l. seq. hoc tit. Sed fructus praecise spectant  
 ad eum, ad quem periculum pertinet: q. emptor irrevocabiliter fructus acquirat,



et per consequens adhuc resolutio contractu n. tenetur eos venditori restituere. Prob.  
Min. Cum ancilla estimata in dotem datur, partus earum pertinet ad maritum  
irrevocabiliter, nec doti restitueret soluto maritum. l. Si municipia. 18. de Iure dotium.  
l. In his. 66. §. Municipia. 3. Soluto maritum. l. 48. de leg. 2. l. Unica. §. Eum qui. 9. C. de  
Rei Vxor. act. Ea Ratione, quia cum estimatio faciat emptionem. l. Plerumque. 10.  
in prin. de Iure dot. quemadmodum periculum rerum estimatarum ad maritum spectat.  
l. Cum dotem. 10. C. de Iure dotium, ita etiam earum rerum augmentum: §. fructus  
irrevocabiliter praesens spectant ad eum, ad quem spectat periculum, ita ut nec earum  
Restitutioni sit obnoxia secuta resolutione: §. emptor resolutio contractu n. tenetur  
fructus venditori restituere. Sed resp. quod recte stat, periculum rei in diem addictae  
ad emptorem pertinere, et aliam eum tenetur restituere fructus resolutio contractu,  
nam ideo periculum rei in diem addictae pertinet ad emptorem, quia rei perit ante  
Resolutionem contractus, quo tempore ipse solus Verus Dominus erat, aliam post inventum  
rei melior conditio offerri non potest. d. l. 3. h. tit. et per consequens cum jam  
Verum sit, meliorem conditionem offerri n. posse, perinde est ac si tempus praeterisset,  
intra quod melior conditio offerri potuit, apparet, emptorem irrevolubile dominium  
um habuisse. Unde eo casu fructus, quos percipit, restituere n. tenetur, ut potest con-  
tractu n. resolutio, meliori vero allata conditio, et ne contractu resolutio tenetur  
emptor fructus restituere, quia nullo Iure possunt penes eum remanere, ut saepe  
dixi; Nec tunc obstat paritas in argum. experientia; Nam si multum interer inter  
dominium irrevocabile rerum dotalium residens penes maritum, et dominium  
rei in diem addictae existentis apud emptorem; Vtrumque quidem dominium  
revolubile est, sed causa resolutionis dispar; causa enim resolutionis dominij re-  
rum dotalium n. tollit conceptum matrimonij, nec doti, et per consequens nec  
efficit, ut maritus nunquam Dominus fuisse censeatur, seu videatur. Ex quo fit, fruc-  
tus rerum dotalium ad maritum irrevocabiliter pertinere propter onera ma-  
rimonij. l. Doti. 2. de Iure dot. l. Pro oneribus. C. eodem tit. ita ut extremi an-  
ni fructus pro rata temporis, quo vitae matrimonij, inter eum, vel ejus ha-  
redes, et uxorem dividantur. l. fructus. 7. §. Papin. 1. soluto maritum; causa vero  
Resolutionis dominij rei in diem addictae tollit omnino conceptum dominij,  
et efficit, ut emptor nunquam Dominus fuisse videatur, et perinde ut fructus resun-  
dere cogatur, deinde et partus ancillarum dotalium n. pertineat ad maritum. l.  
Cum post. 69. §. Vlt. de Iure dot. quia in fructu n. sunt. l. Servus. 68. cum vulgari.  
de Vusu. tamen si ancilla estimata in dotem data sint, earum partus mari-  
to irrevocabiliter acquiruntur ex Iuribus supra relatis. Quibus n. obstat rō.  
in l. 2. soluto maritum. de cuius explicat. Videndi Cusac. ad tit. C. soluto  
maritum. Duaren. ad l. 66. §. 3. ff. eodem. Per. Barbosa add. l. Si estimata. §. eod.  
num. 32. et 33. cum seqq. Amaya lib. 3. observ. cap. 1. §. 1. num. 30. Ramos add. l. Unica.  
C. de Rei Vxor. act. quia estimatio facit emptionem, cuius ratione nanciscitur ma-  
ritus irrevolubile dominium; itaque ex fructibus rei dotali estimata, vel ex  
partibus ancillae totali estimata n. potest argumentum derivari ad fructus rei  
in diem addictae =

Num. 13 =

Qua diximus de partu additionis in diem circa fructus Res-  
tutionem procedunt etiam cum contractus n. ipso Iure resolvitur, sed facto ho-  
minum intercedente rescinditur, ut ecce rescisso contractu emptionis, et venditi-  
onis per actionem redhibitoriam emptor fructus omnes, quos percipit, restituere  
tenetur venditori. l. 1. §. Vbi. Sig. autem. l. Cum autem. 23. §. Cum redhibita. 9. de  
Adilit. edict. quia licet potestas redhibitionis n. tollat contractus imaginem, nec  
efficit, ut emptor rei venditae nunquam Dominus fuisse videatur. l. Bobem. 43. §. Pignus.  
num. 8. eod. tamen facta redhibitione omnia invicem inter emptorem, et venditorem in



in primitivum statum reponuntur, perinde ac si nullus contractus praecessisset. d. l. 23. § 9. l. 6. facta. 60. de Adilit. Edict. Similiter reiciso contractu Emptionis per beneficium in integrum restitutionis emptor tenetur minori laesionem rei, quam emit cum fructibus restituere. l. Quod si minor. 24. §. Restitutio. 4. l. Patri. 20. §. 1. Veri. Item de minorib. quia beneficium in integrum restitutionis in diem a Praetore comparatur est, ut onus quicquid in integrum Ius recipiat, in eumque statum res reducat, in quo erat, priusquam contractus celebraretur. d. l. 24. §. 4. l. Unica. C. de Reperit. qua fiunt in iudic. in integ. Restitut. Ex quibus Veriore censeo opinionem Alexentium, quod reiciso contractu propter immodicam, et enormem laesionem ex medio l. 2. C. de Reicind. Vendit. Emptor nolens supplere pretium fructus a traditionis tempore perceptos restituere Venditori tenetur, quidquid dicant plures, quorum sent. acriter defendit Arias Pinell. ad d. l. 2. C. de Reicind. Vendit. 2. parte. cap. 4. per totum, quibus non opponam eo in l. 4. C. si min. fruct. alienat. fact. sine Decreto ratam habuerit. Cui recte respondet Pinell. ubi supra n. 8. Sed superiora fundamenta, quibus adjectio sequentem rationem; Cum res reperitur per conditionem causa data causa non secuta fructus omnes restituuntur. l. Quod si debere. 7. §. 1. l. Cum qui. 12. de Condit. causa data; et generaliter in conditione rei, quae aliquando actoris fuit, indistincte veniunt fructus, tanquam accessiones naturales, et quos percipiet ille, et acquiritur sibi, si rei sua dominium in alium minime transibit, ut generaliter scribit Paulus in l. Videamus. 38. §. 1. cum 4. seqq. de Nus. d. l. 7. §. 1. docet Anton. Faber in Rationali in d. l. 7. §. 1. Reiciso §. contractu, seu titulo indistincte fructus restituendi sunt, cessante nimirum causa restitutionis. docet Mercha ca lib. 4. Illu. controvers. cap. 38.

Num. 19.

Cui doctrina Opponi potest. difficultas tota in l. fundum. 2. C. de Pactis inter emptor. et Venditor. ubi quidam ea lege fundum vendidit, ut sive ipse, sive ejus haeres emptori pretium quodcumque, vel intra certa tempora obtulerit, Restitueretur Venditori parato satisfacere dictae conditioni, emptor, aut ejus haeres non paravit, Alexander aserit, competere Venditori actionem praescripti Verbi, vel ex Vendito, ut contractus fidei servetur habita ratione eorum, quae post oblatam ex pacto quantitate ex eo fundo ad emptorem pervenerunt. Tunc sic: En ubi contractus emptori, et Venditori innititur sub resolutiva, vel saltem reciproca conditione; et tamen resolutio contractus, aut reiciso Emptor fructus ante perceptos non cogitur Venditori restituere, sed eos tantum, quos post mortem committit percepit: §. pariter resolutio contractus per oblationem meliori conditioni Emptor non cogitur fructus annue perceptos restituere, sed eos tantum, quos post allatam ab alio meliorem conditionem percepit. Pro solutione dico juxta Verissimam Interpretum sent. in d. l. 2. Venditionem celebratam fuisse sub pacto de retrovendendo (quidquid dicitur Faber de errorib. Pragmat. Decad. 22. error. 3.) quod a pacto in diem additionis non modo conceptionis formula, sed et vi, ac potestate longe durat; cum enim Venditio sit sub pacto de retrovendendo, non solum pura Venditio contrahitur, sed ita ut nec unquam sub conditione resolvatur, siquidem retrovenditio illa, quam ex conventionem fieri necesse est, non tam prioris Venditionis resolutio, aut reiciso, quam secunda Venditio est, atque ita prioris potius quaedam confirmatio; Nam cum hujusmodi pacto id agatur, ut per retrovenditionem dominij rei venditae revertatur ab Emptore ad Venditorem, necessarium est, ut prioris Venditionis salva potestas maneat, etiam si prima Venditio resolveretur, ita ut Emptor nunquam Dominus fuisse censeretur non posse ex retrovenditione ut pote facta a non Domino dominium a Venditore transferri, idque sibi voluit Neratius in l. Ab emptione. 58. in fine de Pactis, dum ait, conventionem, quae pertinet ad resolvendum id, quod actum est, fieri nullo modo posse, ut quod ego tibi jam tradidi, contra me tradere teneatur; quia non tam hoc agitur, ut a primitivo negotio auceatur, quam ut nova quaedam obligationes constituantur. Unde necessario requiritur factum, et emptori traditio, ut dominus recurrat ad Venditorem. Ex quo inferitur,



Emplorem solum teneri restituere fructus perceptos post secundam venditionem, et quos  
perceperit jam constitutus in mora retrovendendi post oblatam facto quantitatem.  
pactum vero additionis in diem resolvit contractum, et cum precise nunquam suppo-  
nit, cuius vi dominus ad venditorem revertitur, nulla interveniente traditione.  
Vnde fructus omnes venditori restituntur, docet Faber de errorib. Pragmat. decad. 2. error. 1.  
de pacto vero retrovendendi agit in d. l. 2. patetque ex illis verbis conventioni, ut fundus  
restituatur, quae precise requirunt factum emptori, ut rei vendita dominium ab eo  
ad venditorem recurrat. Illud tamen notandum est, scilicet quod pactum intertum ven-  
ditioni in reie tot. in l. Si a te. 7. C. de Pactis inter empt. et vendit. ut si intra cer-  
tum tempus soluta fuerit data quantitas sit rei inempta, longe differt a pacto retro-  
vendendi, et simili pacto additionis in diem est quare contractum ipso iure resol-  
vit, in eoque quoad fructuum restitutionem omnia procedunt, quae de pacto additio-  
nis diximus, docet Faber d. decad. 2. errore 2.

Num. 15.

Ex quibus constat meliori allata condi-  
tione ut sic resoluta contractu emptorem teneri fructus restituere, non quidem 2. emptori,  
qui meliorem attulit conditionem, sed venditori, secundum q. emptorem nihil sequi pra-  
ter corpus rei vendita certum est, ut loquitur Consultus in l. Si venditor. 14. §. Empt. h. tit.  
Cujus rei ratio est, nam ei, qui meliorem conditionem attulit, quamvis Dominus per traditio-  
nem sit, non ideo tam fingitur perceperit fructus, quos primus percipit, q. nec retrofen-  
ditur eo tempore Dominus fuisse, ut ait Faber in Rationali ad d. l. 14. §. 2. meliori vero  
conditione non allata, et sic contractu non resoluta fructus omnes emptorem sequuntur, ex  
quibus dicendum videbatur, quod et si secundus emptor non majus, sed tantumdeum pre-  
tium offerat, debeatque ut contractus resolvat, et primo emptori preferatur, q. quidam  
ad utilitatem venditoris pertinet, pro meliori conditione haberi debet. l. 4. §. Vlt. l. quid-  
quid d. 5. h. tit. qui ad utilitatem venditoris pertinet, ut quamvis 2. emptor non majus  
pretium, sed tantumdeum offerat, res tamen vendita potius abdicatur 2. emptori, q.  
eo casu fructus a 1. emptore lucratur venditor, cum ei restituendi sint, quos primus  
emptor sibi retineret, si melior conditio allata non esset, ut jam dixi. q. hoc quoque casu  
melior conditio allata videri debet, ut consequenter 1. emptor resolvatur. Hoc tamen  
dubitandi ratione non obstante dicit Paulus d. l. 14. §. Vlt. h. tit. non ideo 2. emptorem  
1. preferri, nisi majus pretium offerat, aut alio modo meliorem conditionem offerat.  
Cujus rei ratio est, quia in emptis, et venditis sequimur id, quod actum est. l. 6.  
§. 1. de Contrah. empt. Cum vero aliquid venditur sub pacto in diem additionis non id  
agitur, inter emptorem, et venditorem, ut melior conditio allata videatur ob id solum  
quod venditori velius sit adici rem 2. emptori, quam 1. propter fructus, si non majus  
pretium offerat; de fructibus enim non cogitatur eo tempore, de quibus nec sciri potest,  
an 1. emptor eos percepit sit, quos et cum percipit, non jure conventionis percipit,  
sed jure dominij. Denique fructus nunquam faciunt partem pretij, quomodo cae-  
tera pactiones, quae ad venditoris utilitatem pertinent, ut tanto carius venditor  
rem suam vendidisse videatur, nec lucratur 1. emptor fructus nisi per consequentiam,  
quae attendi in iure nostro non solent. l. 1. de aucto. tutor. docet ita Faber ad d. l. 14.  
§. Vlt. hoc tit.

Num. 16.

Denique sequitur exponendus alius, et valde praecipuus effectus resolu-  
tionis productae ex pacto additionis, vel comminatio, ille scilicet ut quamvis non  
existente conditione pignus rei vendita ab emptore constitutum validum, et efficax sit  
(contractu pure celebrato, juxta quem sensum procedit auctio postea) cum emptor  
medio tempore verus rei Dominus fuerit. l. Et quae nondum. 15. §. 1. de Pignorib. l. Cum res. 5.  
C. Si aliena rei pign. data sit; Resoluta tamen 1. venditione per adventum conditionis  
finitur, vel potius extinguitur pignus. l. Vbi autem. 4. §. 3. h. tit. l. Si rem. 3. quib. mod. pign.  
vel hypoth. solv. quia resoluta contractu ex vi pacti extinguitur vis emptori, ejusque  
titulus omnino resolvitur. l. 1. h. tit. l. 1. de lege Comiti. Nihil ergo mirum, quod finiatum  
seu



Seu penitus Extinguatur ab eo medio tempore constitutum pignus, quia notum hoc cardium  
 Iuxta est, resolutio jure debitoris, et creditoris Iuxta resolutio. l. Lex Vectigali. ff. de Pignori. d.  
 l. 3. quib. modis, et illud etiam neminem plus juri accipere posse quam habuit ipse, qui  
 Vendidit. l. Nemo plus. 54. de Reg. Iur. l. Peri. 69. ff. de leg. 2. l. 10. quib. mod. hypoth. sol-  
 viti. Cum g. resolutio Iure emptoris nullum titulum penes eum fuisse certum sit, optima  
 Ratione decernitur est pignus ab eo datum extinguatur, ne illius titulo resolutio illius ma-  
 neat creditoris titulus, nec plus Iuri habere videatur creditori, quam ipse, contra dicta  
 jura, quibus non obviat tui. in l. 1. ff. Cum praedictum. 2. de Pignori. et in l. Iuris. 44. ff. non  
 mutat. ff. de Vocatione. Nam licet ibi traditum sit, causam pignori nihil habere commune  
 cum causa proprietatis, ex quo colligi videtur, defectum dominij emptoris Requirit  
 pignori extinctione inducere; Nam praedicta Regula vera, et exaudienda est in  
 pignore recte jam constituto, non vero in constituendo, quod praecise dependet a causa  
 dominij, ut constitutum valeat; etenim nequit res pignori dari, quae in dominio, vel sal-  
 tem in bonis danti non fuerit. d. l. 1. ff. de Pignori. d. l. Cum res. ff. Cum g. potestate  
 Revolutionis fingatur rem pignoratam Nunquam nec in dominio, nec in bonis emptoris  
 fuisse, sicut dicitur pignus ab ea constitutum resolutio decernitur. d. l. 1. ff. hoc tit. ubi Sabex.

Num. 17.

Quoad hanc Iuxta partem longe dis-  
 tat resolutio contractus ab ejusdem rescissione, licet quoad fructuum restitutionem  
 nihil inter ressolutionem, et rescissionem interit, ut dixi Num. 11. etenim resolutio con-  
 tractu pignus medio tempore ab emptore constitutum extinguatur; Rescissio vero contrac-  
 tu medio tempore pignus constitutum perseverat. eleganti tui. in l. Si debitor. 1. quib.  
 mod. pign. solviti. l. 1. ff. Pignus. 8. de Adilit. edict. in quo rescissio contractus emptio-  
 nis per actionem redhibitoriam pignus medio tempore ab emptore constitutum manet  
 obligatum. Cujus discriminis ratio est. Rescissio contractus, quae fit ipso Iure, nu-  
 llum titulum praecise supponit, et consequenter efficit, ut pignus ab initio inutili-  
 ter, utpote a non Dno constitutum videatur, Rescissio vero, quae factum hominis exigit,  
 omnino titulum, seu contractum praecise supponit: praecise g. et per consequens effi-  
 cere nequit, ut ex portafacto appareat ab initio inutiliter pignus a non Dno constitutum,  
 imo supponit pignori constitutionem utilem, cumque fieri nequeat, ut pignus esse desinat  
 ea rei, quae semel recte, et utiliter obligata fuit, quin creditori solutum, aut aliter eo  
 nomine satisfactum fuerit; ea enim est pignori conditio. l. Si rem. 2. ff. Si rem. 3. de pig-  
 nor. acc. appareat, nec ita fieri posse, ut alio modo finiat pignus, nisi quod resolutum,  
 id est in eum statum reducat, ut nunquam contractus fuisse existimetur, q. non alio  
 casu ipsum evenit resolutum, vel alius ex quovis danti pignori nactus sit, qui pig-  
 nori dedit. Ex qua doctrina fluit, quod rescissio contractus emptoris ex causa immodica,  
 seu in omni tenore beneficio. d. l. 2. C. de Rescind. Vendit. pignus medio tempore ab  
 emptore constitutum permanet, quidquid dicat Axius Pinell. ad d. l. 2. ff. cap. 3. n. 11.  
 cum seq. Similiter etiam revocata donatione ex causa ingratitude pignus a donatario  
 constitutum durat, ut probat tui. in l. 1. ff. de Revocand. donat. ubi revocata ex causa  
 ingratitude donatione, firma tamen remanet alienatio medio tempore facta a donatario.  
 g. potiori jure firma remanere debet pignori obligatio medio tempore constituta, maxime  
 cum oppignoriatio veluti quaedam species alienationis sit. l. fin. C. de Reb. alien. n. alienand.  
 licet contractus teneat cum pluribus Piraguell. in l. Si unquam servo revertari. n. 112.  
 C. de Revoc. donat. quod multo majori ratione locum habet in retrovenditione, quae fit ex  
 pacto de retrovendendo, ut si emptor ante factam retrovenditionem rem pignori dedit, fir-  
 ma maneat pignori obligatio adhuc post secutam ex retrovenditione traditionem, cum retro-  
 venditio nec resolutio, nec rescissio sit pignori obligatorum, inquam venditionis, sed 2. potius  
 venditio, et prioris quaedam confirmatio, ut dixi Num. 15. quae omnia subtiliter docet Sa-  
 bex decad. 25. error. 1. 2. et 3. = Nec traditam differentiam evertunt tui, quos nobis

Num. 18.



Obiiciunt Adversarij, imò eam confirmat *l. 1. in d. l. g. Sen Vectigali. 31. de Pignori b.*  
In eju enim serie contractus n. rescinditur, sed resolvitur; Sen enim Vectigali fundo dicta  
proponebatur, ut si post certum tempus Vectigal solutum non est, si fundus ad Dnum redierit,  
id est nunquam Vectigali fuisse videtur, quia conventio abique dubio contractus res-  
olutioni est. Namque conventio sic habet, ut fundus ad Dnum redierit, n. sic accipi  
debet, quasi dominus utile fundi transferatur rursus in concedente, qui sane Dnus  
semper manet, Vectigales agru vocantur, qui in perpetuum locantur. *l. 1. in pr. Si ager  
Vectig.* Locatio autem quantumvis perpetua dominus transferre nunquam potest, quam-  
vis placuerit conductori dandaz esse in rem actionem n. solum adversus quemlibet  
possessorez, sed et adversus ipsum concedentez, si Vectigal solvatur; itaque conventio-  
nis potestas in eo tantum resolvit, ut quando pro eo fundo Vectigal perdat, au-  
ferre non licet possessionez. Unde nil mirum, quod resolutio Iure conductoru perpetui  
ex causa n. soluti Vectigali resolvatur quoque, et finiatu pignus a conductore con-  
stitutum; quemadmodum et resolutio contractus ex vi pacti additionu, aut communi-  
oniu pignus ab emptore contractus extinguitur, et resolvitur. *d. l. 4. §. 3. hoc tit. ex  
Regula i. in l. Debitor. 4. §. 1. de Pignori. act. l. 1. §. 1. de Pignori. b. Amplius  
sic arguunt Adversarij, ita porro iure ut etiam post rescissam ex causa immodice  
lationis venditionez, aut post revocataz ex causa ingratitudinu donationez duxerit  
pignus, quod ab emptore, aut donatario interea constitutum fuit, eveniret, ut fa-  
cile eluderetur a quibus. *l. 2. C. de Rescind. Vendit. et revocationi donationu scilicet  
et re alieno per emptoru, aut donatariu onerata esse vendita, aut donata:  
g. ut conulatur Venditori, et donanti indemnitati, dicendum est rescissa emptione,  
aut revocata donatione extingui pignus ab emptore, aut donatario medio tempore  
constitutum. Cui difficultati respondet Faber decad. 23. error. 2. n. 23. quod licet pignus  
in praesenti casibus n. extinguitur, potest tamen Venditori, aut donanti indem-  
nitate commodissime consuli, in emptore nimirum, aut donatario in omne id con-  
demnando, quod ob hanc causam potest interere Venditori, aut donanti; nec enim  
a quom est Venditori, aut donanti damno, et incommodo cedere pecuniaz emptori,  
aut donatario credidam, et cuius lucrum, aut commodum emptor ipse, aut donatarius  
percepisset; nec quod emptor, aut donatarius pignus dando iure suo vni sit, facere  
potest, nec rescissa venditione, aut revocata donatione indemnitatez illam praestare  
teneatur; itaque manet pignus abique ullo Venditori, aut donanti prejudicio. Vel eti-  
am dicere possumus, quod rescisso contractu, aut revocata donatione teneatur emptor,  
aut donatarius ante traditionez pignus liberare, quemadmodum rescisso contractu per  
actionez redhibitoriaz teneatur emptor ante traditionez pignus liberare *d. l. 4. §. 3.  
§. de Adilit. Edict. Si vero n. omnes ante traditionez pignus n. redemerint, postmo-  
dum teneatur vel adhuc pignus liberare, vel interere adversario refundere Iudicis  
officio, quod necessarium non est, cum contractus ipso iure resolvitur; tunc enim re-  
solvitur pignus ipso Iure medio tempore constitutum.***

N. 19.

Expendendum est nunc e legani *l. 1. in l. Si res. 3. quib. mod. pign. vel hypoth. solv. ubi postquam Ulpianus ex Marcello  
lib. 5. Digest. docuit idem, quod docuerat in d. l. 4. §. 3. hoc tit. scilicet quod resolutio  
contractus emptionis ex pacto additionu in diem extinguitur pignus ab emptore me-  
dio tempore constitutum, in fine *l. 1. in d. l. g. Sen Vectigali. 31. de Pignori b.* ab aliud em dicendum, si res ita distrac-  
ta fuerit, nisi emptori dupliciuret, id est ita ut inempta sit, si emptori placuerit;  
tunc enim pignus medio tempore constitutum n. finiri decidit. Quia sane doctrina  
difficillima est; Nam ex praedicta conventionem, ut aequè ipso Iure resolvitur contrac-  
tus, ac potestate additionu in diem. *l. Si res ita. 3. de Contrah. empt. ergo dicendum  
videtur quod pignori medio tempore constitutum extinctione nihil inter haec duas conven-**



Conventiones interesse. Sed tamen elegans profectio est inter utramque conventionem dis-  
 crimmen, cum rei ea lege distrahitur, nisi emptori displicuerit, resolutio provenit ex mera  
 voluntate emptori, cum alia de causa non fiat, quam quod rei vendita displicet emptori,  
 et quamvis absurdum n. sit, in nudam, meramque emptori voluntatem conferri dissolu-  
 tionem venditionis (tamen in ejus voluntatem contrahenda venditio transferri non potest.  
 l. Si sub hac. d. de Oblig. et act. cum Vulg. quia n. sicut obligatio, qua contrahitur, ita et  
 Equè resolutio vinculum ullum habet dandi, aut faciendi aliquam necessitatem) abru-  
 dum tamen est, atque iniquum in emptori voluntate fieri juri pignorat. quia emp-  
 tor ipse constituitur in ea re, cuius tunc Dñi jure fuerit, ne dicatur ei dicere suo fac-  
 to, et mera voluntate propriam obligationem dissolvere contra generale regulam dicitur.  
 in l. Si servus. d. de V. O. nec ex eo per indicium inferetur ven-  
 ditori, cum ipse in emptori voluntate positus voluerit, an rei maneret empti, an  
 fieret inempta, et scire debuerit emptori eam rem pignori obligare licere, ne pig-  
 nori ab emptore semel utiliter constitutum ex vi, meraque voluntate possit dissolvi;  
 Cum vero rei vendita sub pacto additionis, aut comminatio, licet resolutio videat-  
 ur voluntaria, quatenus in emptori potestate est, ut pretium solvat intra dictum  
 diem, aut meliorem offerat conditionem, atque ita ut impediatur contractus resolutio.  
 l. Licet. d. cum l. sequenti. l. vlt. et passim de lege Communi. tamen est aliquate-  
 nus necessaria, cum n. pendeat ex mera voluntate emptoris; fieri enim potest, ut eo  
 invito resolvatur venditio, ut si pretium ad dictum diem solvere, aut accipere n. possit  
 pro angustia rei familiaris, aut qua alia ratione; quo tamen casu omnino resolutio  
 contractus. Potest etiam fieri, ut licet ipse noluerit solvere, vel augere pretium,  
 mox post elapsum tempus praefixum in contractu ejus voluntatis poeniteat, et tunc  
 etiam contractus resolvitur. Tandem nemo dicit ex mera voluntate emptori omni  
 resolutionem, qua praeter voluntatem requiritur cessationem solutionis pretij, aut alicujus  
 tertij additionem; Unde merito extinguitur pignus resolutio contractus. Faber d. de  
 cad. 23. error. 2. n. 13. cum l. seqq.

N. 20.

Verum opponi illud nobis poterit, scilicet q. resolutio  
 contractus potestate pacti additionis, aut comminatio non fit ipso Jure: q. potius re-  
 cuso quam resolutio est, et per consequens requirit pignori medio tempore constituti  
 extinctionem inducere. Prob. aut. Haec resolutio pender ex voluntate venditori, cui  
 licet meliorem conditionem adhuc allatam respicere. l. Sabinus. d. hoc tit. et pretio ad  
 diem n. soluto potest legem comminatio non exerceat. l. 3. de lege Communi. ex quo tota  
 potestas resolutionis non fit ipso jure, cum pendeat ex venditori voluntate: q. recuso  
 potius est quam resolutio, et consequenter medio tempore pignus constitutum manere  
 debet, nec ejus extinctio pender ex venditori voluntate. Sed respondendum est,  
 contractum resolvi ipso Jure in harum conventionem, nec in suspensio manere potesta-  
 tem resolutionis ob incertam venditori voluntatem, vixum nimirum resolutam ven-  
 ditionem vellet necne, sed pro sola pacti potestate resolvatur, in venditori tamen po-  
 testate est, si vellet non uti non resolvatur quod ipso Jure fit) sed ut pro non re-  
 soluta habeatur, n. conventionem quidem sui solius oratio, n. etiam pro emptore  
 adhuc licet invitum exerceat compellatur; multum vero interest si vellet non uti  
 ne resolvatur, an resolutione contracta fiat sub ea conditione si vellet is, cuius  
 interest resolvi, an sub ea potius nisi vellet; illa namque conditio si vellet re-  
 solutionem in id ungue tempus suspendit, quo declarata sit voluntas, et potius  
 conditionalem facit resolutionem. Argum. tot. in l. Si ita legatum. 65. d. Illi n. vellet.  
 de leg. 1. illa vero nisi vellet n. suspendit resolutionem, sed ipsam potius resolutionem  
 resolvit, ut subtiliter Variocinatus Anton. Faber de errorib. Pragmat. decad. 23. ex d.  
 num. 7. et 8. itaque contractus ipso Jure resolvitur, licet sit in arbitrio venditori cum  
 pro non resoluta habere. Ex quo jam patet argumenti solutio; cum enim ipso Jure



corruat contractus, resolvitur, n̄. rescinditur, et consequenter cum resolutio n̄. pen-  
deat ex mera voluntate venditoris, ab initio n̄. esset resolutio pignus quoque ab emptore  
medio tempore constitutum.

N. 21.

Amplius sic arguet aliqui: Licet resolutio predicta  
ex pacto additionis, aut comminatio efficiat, ut emptor nunquam Dni fuisse videatur,  
nequit tamen pignori medio tempore constitutum resolutionem inducere: q̄. falsa est  
superior doctrina. An̄ prob: Rei aliena pignus in Jure n̄. constituit: q̄. licet reso-  
lutio tollat ab initio conceptus dominij in emptore, tamen debet manere pignus.  
An̄ prob: 1. ex l. Sed etri. 9. §. 1. de Pignori. ubi quia recipiunt emptionem, et venditio-  
nem, etiam pignoratitiaz recipiunt; sed rei aliena venditio valet. l. 28. de Contrah.  
empt. cum alij: q̄. et subicit rei aliena pignus. 2. ex l. Si rem alienam. 9. l. Tutor. 16.  
§. 1. l. 32. de Pignori. act. in quibus creditor comperit actio pignoratitia contraria contra  
debitorem ex eo quod rem alienam ei pignori dedit: q̄. tenetur pignori contractus, alias  
non daretur actio ex principali contractu, cui accedit pignori obligatio, neque eti-  
am daretur actio pignoratitia directa debitori soluta pecunia, si ab initio pig-  
nori contractus non teneret, ut dicitur in d. l. 9. §. 1. quoque. 4. de pignori. act. 3. et ex  
l. Si rem alienam. 29. de pignori. act. ubi si rei aliena pignori data sit a bonae fi-  
dei possessore, et creditori hanc sciverit vero Dno rei statim dicitur esse pignus  
per supervenienciam dominij in creditore: q̄. antea vendit pignus rei aliena, alias  
n̄. diceretur esse, quod nunquam fuit. l. Titio. 96. de Cond. et Dem. <sup>§. 1. ex l. Si ab eo. 18. de</sup>  
Pignori. ubi ita dicitur Prator per Servianaz actionem creditorem, qui rem pignori  
accepit a bonae fidei possessore, quemadmodum dicitur ipsum bonae fidei possessorem  
per publicianaz actionem: q̄. supponit rei aliena pignus tenuisse. 5. ex difficili textu.  
in l. Si post acceptum. 18. de Rei vindic. ubi bonae fidei possessor servi, qui post litis  
contestationem Vncapionez complevit, et postea condemnatus fuit ad restitutionem  
in evictionis iudicio tenetur prestare cautionem de dolo; quia periculum est,  
ne servum manumiserit, vel cum pignori dederit ei, qui secuta condemnatione  
apparet n̄. fuisse Dnum, remque vindicanti pignoralet: q̄. rei aliena pignus tenet,  
alias necessaria non esset cautio de dolo propter periculum pignori, quod tanquam  
rei aliena valere non poterat. Vlt. ex l. 1. C. Si pignus pign. datum sit. l. Si con-  
venerit. 18. de Pignori. act. ubi creditor potest pignus debitoris sui creditori suo  
pignori dare; et tamen rei pignoratita non est creditori, sed debitoris, in cujus  
dominio mansit. l. Cum et sortis. 35. §. 1. de Pignori. act. q̄. rei aliena pignus omnino  
subicitur, et per consequens resolutio dominij nequit pignori resolutionem in-  
ducere.

N. 22.

Omissa sent. Cusacij ad novelam. 61. et Porri Fabri lib. 2. semerz. cap. 18.  
dicendum est cum Bachorio de Pignori. lib. 2. cap. 3. indistincte rei proprii aliena  
pignus n̄. constituit. l. Si superari. 3. l. 15. §. 1. de Pignori. l. Ante omnia. 23. de Pro-  
pignus. quia in pignori actione illud agitur, ut rei obligetur creditori, acquiritur  
que Ius in re pignoratita, cujus ratione eam potest a quocumque possessore vindicare. l. 16.  
§. In vindic. 3. cum l. sequenti de Pignori. l. 66. de Eviction. at Ius vindicandi rem  
a tertio possessore proprium est dominij. l. 23. de Rei vindic. aut intra dominij. toto  
tit. de Public. in rem act. ergo qui dominij n̄. habet, aut aliud Ius, quod potest a  
quocumque possessore avocari, minime poterit illud Ius transferri in creditorem  
ex regula l. 54. de Reg. Iur. in quo differt a pignori venditione, in qua non agitur  
de aliquo Iure reali, quod precise transferendum sit in emptorem, sed tantum de  
obligatione personali, quia remanent invicem contrahentes obligati, emptor ad pre-  
tium, et venditor in evictionis casum. l. 11. §. 2. l. 30. de action. empti. l. 25. de Contrah.  
empti. Nec tunc obstat argum. pro fundamenti expensa; non sum deductum ex  
d. l. 9. §. 1. de Pignori. Cui resp. quod regula illius titi. Vera est in suo sensu respectu  
Capacitatis



capacitatis rerum, quae venduntur, aut pignori dantur; Nam si res sit extra commercium nec  
 vendi, nec pignori poterit. l. 1. in fine. quae res pignori, et e contra quae recipit venditionem  
 quia est in commercio, recte pignori poterit. d. l. 9. §. 1. Sed haec aequiparatio non poterit  
 procedere in rebus alienis; Namque res aliena non est qualitas rei, de qua agitur d. l. 9.  
 §. 1. sed extra rem dependens a Iure possessoris, ita Bachov. ubi nuper. Nec etiam obicitur  
 deductum ex d. l. 16. §. 1. l. 32. de Pignori. act. quia in eis agitur de Iure pignori, quod ac-  
 quirunt creditor in re pignoriata, et quod persequitur a quocumque possessore, quod ne-  
 gamus acquirere creditor in re propria aliena; agitur tamen de personali obligat.  
 pignoriaria, quae datur inter debitorum, et creditorum ad invicem ex toto tit. de pignori.  
 act. et tam longe abest a nostra avertione fundamentum, quod ex hiis deducitur pro  
 contraria sententia. quod imo eam confirmat; Nam ideo datur creditor pignoriaria in  
 dictis legibus contra debitorum, quia rem alienam dedit, fidemque fefellerit, nihilque ac-  
 tum fuit de securitate, quam praestare debuit creditor, ut ait l. 1. de Pignori. act. §.  
 quia n. contraria pignori in re aliena; aliam n. daretur actio pignoriaria creditor, ita  
 etiam cum distinctione realis Iuris, de quo nostra disputatio est, et obligationum per-  
 sonalis, quae datur debitori contra venditorum, ut soluta pecunia rem restituat, inte-  
 lligenda est d. l. 9. §. 1. pen. de pignori. act. quo etiam sensu intelligitur tot. in l. l. 22. §. 2.  
 eod. tit. cum Fabio lib. 2. Conject. cap. 19. et de errorib. Decad. 81. ex l. 4. in fine =

N. 23.

Nec magis tertium fundamentum,  
 et quartum ex d. l. 40. de Pignori. act. et d. l. 18. de Pignori. et ultimum ex d. l. 1. Cod.  
 Si pignori datum sit; quia quoties debitor habet aliquod Ius in re, in quo  
 possit pignori contrahere respectu illius, et rei propria debitoris quamvis respectu do-  
 minij alieni sit, ut ait Cusac. in l. 1. de Pignori. et ita meo Iure consequitur credi-  
 tor securitatem, et actionem adversus quemcumque possessorem dimittendam ex eo  
 Iure, quod debitor, qui pignoriavit, habuit; itaque si debitor possideat cum iusto ti-  
 tulo rem alienam, et eam qui pignori dedit, recte pignori contrahere poterit; quia ea  
 res in bonis debitoris est. l. 1. Rem in bonis. 52. de acquir. rer. domin. cum habeat publi-  
 cianam actionem adversus quemcumque possessorem ex tit. de Publiciana. §. Namque. 1.  
 Inst. de Actioni. extra dominium rei. l. penult. et ult. de Public. et quemadmodum  
 Praetor tuetur debitorum per publicianam, ita etiam tuetur creditorum per Servianam,  
 aut quasi d. l. 18. et 19. xpi. sic intelligi in l. Si n. Dni. 14. qui potiores; Nec enim cre-  
 ditor agens contra tertium possessorem tenetur probare rem in dominio debitoris  
 fuisse, ut male existimavit Accurs. in §. Item Serviana. Inst. de actioni. sed sufficit,  
 rem pignoriatam tempore conventionis in bonis debitoris fuisse, ut expresse dicitur in  
 d. l. 3. d. l. 15. §. 1. de Pignori. et ad hoc ut res in bonis debitoris intelligatur esse, suffi-  
 cit, quod actionem aliquam, aut retentionem habeat in re alicujus Iuris competentis in  
 d. l. Rem in bonis. de acquir. rer. domin. Et hac etiam ratione valet pignori rei pignori-  
 noxata d. l. 1. C. Si pignori datum sit. l. 40. §. 1. de Pignori. act. l. 1. §. 1. de Pignori. act. l. 13. §. 1. Cum  
 pignori. de Pignori. Modest. lib. 1. priorum observat. cap. 36. Difficilior autem est  
 xpi. ind. l. 18. de Rei vindic. quia ex ea non solum probari videtur pignori rei aliena  
 contrahere, sed quod magis est valere in dominij praedictum illius saltem, qui obi-  
 curat contra possessorem in vindicationis iudicio, et Dni declaratum fuit, aliam nu-  
 llum enim pignori. Cui difficultati breviter resp. quod creditor sufficit probare  
 rem in bonis debitoris mansisse tempore conventionis d. l. 3. d. l. 15. §. 1. de Pignori.  
 ad hoc ut possit contra quemcumque possessorem agere, et quamvis debitor condemna-  
 tus fuerit, declaratumque non Dni, tamen creditor servanda est actio Servia-  
 na aequae ac si venisset debitor, et multo melius exceptio concedenda est. Sententia  
 lata contra debitorum creditorum n. praedicta, si eo ignoranti lata fuit. d. l. 3. de  
 Pignori. l. Si mater. 11. §. fin. de except. Rei iudic. l. 29. §. fin. eod. tit. l. 5. §. pe. 63. de



Re judic. Sed observanda Papiniani elegantia, qui in d. l. 3. n. dixit, pignus contra  
Dnū adhuc contrahere, sed creditor servandam esse actionem Servianam ad hoc ut Dnū  
de novo contra creditorem, qui liti n. adiret, experiret, ut sic pignori contrahentia nō  
affirmaret, sed tantum defectum sent. lata contra debitorem; itaque quamvis Dnū in d.  
l. 18. habeat vindicationem contra creditorem, tamen quia poterit opponere de pignore cre-  
ditor, cuius sent. n. prejudicat, ideo ratione hujus periculi cautio expostulatur. ar-  
gum. l. Minus. 20. de Reg. Jur. docent Cusac. Co. quart. Papin. ind. l. 3. Bachov. d. tit.  
2. cap. 3. Ex quibus omnibus inferitur, quod cum resolutio contractus retrocedatur res,  
cui datur, nullum Ius domini, vel quasi domini in res sine inquam penei emptor  
merito aserimus Evanescere pignus, quod res apparet a n. Dnō in re proxiā aliena  
constitutum =

N. 24.

Huius defectus productus ex resolutione contractus si pacti additio-  
ni, aut communi, simili alius est, nimirum resolutio servitutis medio tempore  
proedio ea lege empto imposta ab emptore; etenim si is, cui fundus venditur fuerit  
sub pacto additionis in diem ante meliorem ab alio allatarum conditionum servitutem  
imponeret, extinguatur quoque servitus, si melior conditio ab alio postea afferatur,  
quemadmodum et extinguitur pignus, quod ut peritum intelligatur, sciendum est,  
quod cum solus Dnū proedio servitutem illi imponere possit. l. Si quis duas. 6. in fine  
principij. l. Si cum duas. 8. Commun. proedio. l. fundum. 46. St. de Evictionib. 5.  
Ideo. 8. Intra. de Servitut. dubitari solet, an Dnū appellatione ad utilem constitutio-  
nem servitutis contineatur is, qui legi Iure Dnū nō, n. tamen perpetuas causas  
habeat domini, sed temporalem forte, quod proedium sit obnoxium restitutioni, aut  
ex causa aliqua afferri illi possit, etiam servitus semel imposta resoluta domi-  
nis resolvatur. Et quidem dirimendum est, an causa, qua proedium auferatur et,  
qua servitutem constituerat (causam dicimus, cuius origo anterior sit servitu-  
ti constitutione, quamvis effectus pcedat post constitutionem) Ius tantum præ-  
ter auferenti in personam, an vero in rem, hoc est an ejus conditioni sit, ut actiones  
tantum præter in personam, an vero Ius reale præter, et actiones in rem: primo casu  
scilicet cum ea causa personam tantum obligat, n. rem, hoc est actiones tantum præ-  
ter in personam, utiliter constituta erit servitus, n. interim, dummodo proedi-  
um maneat apud constitutionem, sed in perpetuum, quoniam constituenti in re Dnū  
fuisse propositum tempore quo constituit servitutem, nec ideo minus durare debet  
servitus, quia postea Dnū esse derexit. argum. d. l. 8. Commun. proedio. quamvis  
enim causa ejus, qui fundum avocet, antiquior sit, quam constitutione servitutis,  
prævalere tamen debet servituti Ius, quoniam ex servitutis constitutione acqui-  
situm est Ius reale, et in rem actio datur, scilicet confessoria. l. 2. Si servit. vind.  
5. Aquē si agat. Intra. de action. concurrente autem Iure actioni in rem, et Iure  
actioni in personam prævalet Ius actioni in rem, quamvis posterior sit, ut in con-  
tractu creditorum hypothecarum, et chirographarum noverunt omnes, et probant l.  
Actus. 3. qua res pign. 10. et l. 17. de Rei vindic. Unde olim Iure quod viguit tempore  
Constitutio, si hæret proedium possideret restitutionis ex causa fideicommissi, aut legati  
damnationis obnoxium, et interim illi servitutem imponeret, tenebatur fideicommissarius,  
vel legatarius, quod ejus interfuisset, solvere; durabat autem servitus etiam post restituti-  
onem; ex fideicommissio namque, et legato damnationis actio tantum in personam dabatur  
contra heredem. l. 1. C. Communia de Leg. actio scilicet ex tertiam. qua longe potentius  
est Ius reale acquiruntur per servitutis constitutionem. l. 2. 5. Si usufr. pet. l. Maxi-  
m. 66. 5. fundo. 1. de leg. 2. cum similibus; quia causa hæc avocationis, qua Ius tantum  
præter in personam, n. avocet ab initio conceptum domini imponenti, nec efficit ut retro  
n. Dnū fuisse videatur tempore quo servitutem imponit =

N. 25.



Causa, ex qua praedictus aufertur ei, qui servitutez constituerat, n. modo antiquior ea proponitur, sed etiam ejus conditioni est, ut n. modo personaz obliget, sed rei quoque ipsam afficiat, hoc est n. solum in personaz, Verum etiam in rem actionem praestare tunc constitutio servituti interim facta, quamvis interim subtrahatur, dum posterior retinet dominium; postea tamen dominio extincto cum causa, ex qua extinguitur, praecedat constitutione servituti, et sique adeo resolvat dominium continens, ut retrocedatur, dominium nunquam fuisse, prouti resoluta servitus constituta, quia cum duplex Ius reale concurrat, prevalere oportet, quod prius tempore esse dicatur. argum. d. l. 3. quae rei pignori. l. Porior. ff. de pign. Qui potior. Unde si haec praedio sub conditione per vindicationem legato interim imponat servitutez, quamvis interim Verie Dni sit. l. Non ideo. 66. de Rei Vindic. l. Et potior. ff. de V. l. cum l. sequenti famul. dicit. extinguitur tamen postea servitus, si legati conditio exierit. l. Ii cui. ff. de quemadm. servit. l. Si fundus. ff. de Cond. et Demonta. Ratioque est, quia legato per vindicationem relicto dominium, et si sub conditione relinquatur, intelligitur semel impleta conditio retro legatarij fuisse nunquam factum haeredi. l. Legatum. ff. de leg. 2. cum vulg. atque id circa interim ab haerede facta constitutio servituti, sicut alia quaelibet alienatio nulla fuisse retro apparet tanquam ab eo facta, qui Dni n. fuerit; prevalere itaque debet Ius reale legatarij praedium vindicanti ex tertio, cuius causa antiquior est. l. Proinde. ff. de Rebus caed. l. Servo legato. ff. de leg. 1. l. Si fundum. ff. de leg. 1. Qui bus praesertim principi; apparet jam servitutez imponitaz medio tempore ab emptore empto fundo sub pacto additionis in diem meliori allata conditio resolvi; quomaz meliori ab alio conditio allata resoluta dominium emptori constituenti. l. Si quis. ff. de Rei Vindic. et reddatur ad venditorem ex causa, quae prior est servituti constitutione, hoc est ex pacto ipsi vindicationi adjecto, quo fit, ut cum venditor in rei vindic. prior sit emptore. d. l. ff. de Rei Vindic. consequenter et potior sit ei, cui servitutez emptor ipse constituerit; aliud vero dicendum est in venditione, quae per redhibitionem rescinditur, quo in casu servitus etiam ab emptore imposta durat. argum. tui. in d. l. 4. quib. modis pign. vel hypoth. solv. d. l. 43. ff. de Adilit. Edict. docet cum pluribus Salgado in Labeo 2. parte. cap. 13. Vel si rescindatur venditio beneficio d. l. 2. C. de Rescind. Vendit. aut revo. certus donatio ingratitude, quia in omnibus casibus, et similibus, ut saepe dixi, non resolvitur contractus, sed rescinditur. Rescisio non efficit, ut Dni medio tempore n. fuisse credatur emptor, qui servitutez imponeret.

N. 26.

Contra quam doctrinaz opponi potest tui. elegans in l. In diem adjecto. ff. de aqua, et aqua pluv. acaie. ubi docet Paulus, q. 12, qui fundum emit sub pacto additionis in diem, potest ei servitutez aqueductu imponere, nisi accedat consensui venditoris. q. resubile dominium fundi in diem additi n. sufficit ad constituendam servitutez. Deinde cum consensui utriusque, emptori scilicet et venditori exigatur, servitus semel imposta adhuc ab alio meliori conditio allata n. potest resolvi, ut ipse I. Cuius fatetur: q. falso dicimus, servitutez imponitaz ab emptore fundo in diem addito meliori ab alio allata conditio resolvi. Sed tamen dicent dum est, n. requirere Paulum in eo tui consensum venditoris ad hoc ut emptor fundo in diem addito imponere possit servitutez, ut ait tui in l. Plexunqu. ff. de Reg. Iur. sed ad hoc potius ut adveniente resolutione dominium adhuc duxerit servituti ab emptore imposta utroque modo consentiente secuta, et n. secuta resolutione semper apparet a Dominio imponitaz fuisse servitutez, cum modo servitus ab emptore imposta allata postea meliori conditio extinguenda sit vindicante praedium venditoris; hunc casum ait Paulus, praecaveri posse, si in constituenda servitute ab emptore simul excreta voluntas venditoris; quomaz ut subjicit in S. sequenti, hoc ita facto n. poterit venditor impedire quominus praedij Dni dominantis servitute utatur, cum semel voluerit, et volentifici nulla intelligitur injuria, idque sensu Consultum patet ex ipso tui, ubi ad hoc enquiritur voluntas venditoris, ut sive remaneret penes emptorem, sive recesserit, certum sit voluntate Dni constitutaz servitutez esse; quo etiam sensu accipiendum est, quod subdit Cui in d. l. 3. scilicet q.



non solus, ad quem Ius aqua pertinet, voluntas exigitur in aqua cessione, sed etiam  
Dni locorum, et nea uti n̄ possit, quia recidere in solidum ad eum potest =

N. 27.

Rursum argui potest, qui dominus obtinet revolvibile  
si causa resolutionis tollit ab initio conceptum dominum, interim n̄ potest eum actu exercere  
domini, qui semel utiliter facti nullam admittit resolutionem, ut ecce haeres servum le-  
gatum sub conditione per vindicationem interim manumittere non potest. l. Servum. ff. de Ma-  
numission. l. Generaliter. 29. ff. de Quib. et a quib. quia semel competenti libertas nullam  
admittit resolutionem. l. 9. ff. de Manumiss. Vind. cum similib. quemadmodum nec in fundo  
sub conditione legato per vindicationem locum religionum facere potest. l. Si locus. 34. de Reli-  
gion. Sed servitus semel imposta nullam admittit resolutionem: q̄ qui emit fundum sub  
pacto additionis in diem, cum solum dominus habeat revolvibile, et alia causa resolu-  
tionis, ut saepe dixi, tollat ab initio conceptum dominum, n̄ potest interim servitutem  
imponere. Prob. minor: Servitus utpote perpetua qualitas praedij nec potest constitui ex  
tempore, aut ex conditione, neque ad tempus, aut vique ad conditionem; itaque eum consti-  
tutio nec admittit conditionem initiativam, neque etiam conditionem resolutivam. Expressum  
tot. in l. Servitute. ff. de Servitut. quod servitus semel imposta nullam admittit resolu-  
tionem, et per consequens imponi non potest interim ab emptore fundi in diem addic-  
ti = Augerur difficultas ex l. Iulianus. 5. de fundo dotali, ubi maritus, qui resolu-  
bile habet dominum rerum dotalium constante matrimonio, fundo dotali servitutem impo-  
nere nequit. Verum resp. quod licet verum sit, servitutem a Dno impostam semel re-  
soluti ipso Iure n̄ posse, sed solum tutione praetoria per exceptionem doli. d. l. ff. de Servit.  
Ex regula l. Obligationum. 44. ff. de Oblig. et act. tamen servitus imposta ab emp-  
tore praedio in diem addicto resoluta domino ipso Iure resolvitur, quae retro apparet  
a non Dno, et sic inutiliter constituta; Itaque regula d. l. ff. de Servit. locum habet, cum causa  
Resolutionis producitur ex causa resolutiva conditionis adjectae ipsi servituti constitu-  
tionis, quo casu cum servitus utiliter reperitur ei Dno constituta finiri ex resolutiva  
conditione nequit, nec cum resolutio servituti oritur ex defectu dominij. Nec tunc  
obstat tot. in d. l. 5. de fundo dotali; Nam n̄ ideo maritus n̄ potest imponere servitutem  
fundo dotali, quia solum revolvibile dominum habet (haec enim ratio probaret potius  
n̄ solum eum posse constituere servitutem, sed et servitutem ab eo semel constitutam ad  
huc resoluta matrimonio durare, quia causa resolutionis non tollit ab initio conceptum  
dominum in eo, ut dixi supra num. ff.) sed ex eo potius quod cum lege Julia prohibita  
sit alienatio praedij dotalis. l. 1. et per totum. de fundo dotali; alienationis autem  
verbo servituti quoque impositio continetur. l. 3. ff. penult. in fine de Reb. eor. quidd.  
Servitutem quoque imponere lege Julia maritus prohiberi in damnum uxoris, et dotis  
diminutionem intelligitur. docent Cusac. lib. ff. obier. cap. 18. Duaren. ad titul. Solutio  
matrim. cap. 3. de fundo dotali. Sed quamvis servitus n̄ teneat ob hanc rationem con-  
stiti non in ratione servituti, quae n̄ tenet, tamen in ratione commoditatis provenien-  
ti ex obligatione ipsius mariti, praeterquam utentem repellere nequit. Argum. l. ff. de  
Servitut. iustic. Ex quibus jam apparet quam falso Schifordes. lib. 3. ad Anton. Fabr.  
tract. ff. quest. 5. contendat, servitutem in propria specie subtrahi, non vero Iure, sed Iu-  
ri Praetorij aquirate =

N. 28.

Demque sic arguet aliquis: Servitutes acquiruntur ab emptore praedio  
in diem addicto n̄ resolvuntur attata postea meliori conditione: q̄ et debent durare ser-  
vitutes impositae. Conseq. recte inferitur; eadem enim est ratio impositionis, et acquirtio-  
nis servitutis, et quemadmodum nullus praeter Dnum praedij potest imponere servitutem, sic  
solum Dnus praedij potest ei acquirere servitutem. d. l. 6. et 8. Commun. praedior. An. autem  
probari ex d. l. ff. de Servit. in fine. quemadmod. servitut. amitt. ubi servitutes acquiruntur ab haere-  
de fundo legato per vindicationem sub condit. n̄ resolvuntur post existentiam conditionis, sed  
Legata-



legatariuz sequuntur; Cum tamen existente conditione retro appareat, haredes pcedij<sup>50</sup>  
 donanti Dnum n. fuisse: q. et servitutes acquirita ab emptore pcedij in diem addictis non re-  
 solvuntur allata postea conditione ab alio meliori, et per consequens durare etiam debent ab  
 eo imposita servitute. Sed resp. quod licet allata meliori conditione resolvantur servitutes  
 imposita ab emptore, n. tamen resolvuntur servitutes acquirita, ut eleganter probat tot. ind.  
 l. 11. S. 1. quod ex benignitate procedit, ut indicat Cui in illis Verbi: Magis est, quae potesta-  
 tem aquiranti denotant, ut in l. 2. S. 2. de Religion. juncto Galbano de Vusu. cap. 35. n. 3. in fine  
 contra strictum Ius, quo inspecto proculdubio eadem debet esse ratio impositioni, et acquiri-  
 onis servitutu; aquiranti autem ratio provenit ex eo, quod illa fictio, qua efficiunt, ut domi-  
 nuz retro allata meliori conditione semper penei venditoris mansisse ab eo nunquam abi-  
 cenne credatur, tota inducitur in favorem venditoris, cuius gratia pactum additionis in  
 diem concipi notum est, et n. in servitute acquirita ab emptore non debet fictio hac in  
 odium, damnuzque venditoris retorqueri ex regula tot. in l. Quod favore. 6. C. de Legib. ita-  
 que n. recte sumitur argumentum a duratione servituti acquirita ad durationem servituti  
 imposita ab emptore, ut docti animadvertunt Cusai. et Faber ind. l. 11. S. 1. licet Faber nuz  
 immemor decad. 23. error. 5. n. 3. et d. l. 11. S. 1. contrariuz teneat, et aierat resolutio dominio  
 resolvi quoque medio tempore servitutez acquirita, quemadmoduz impositam =

N. 29

Ex quibus principiis breviter praeli-  
 genda alia questio, quae hic cogitari potest, an scilicet servitutes confusae ex causa acquiri-  
 tionis rei venditae sub pacto additionis in diem allata postea meliori conditione resolu-  
 antur, an ipso reviviscant, an nova impositione opus sit, ut etia Dnum pcedij dominantis  
 emit sub pacto additionis in diem pcedij servientis, vel cum Dnum pcedij servientis  
 emit sub eodem pacto funduz dominantis, secuta traditione servitute per confessionem  
 extinguntur. l. Si quis potest. 30. de Servitut. Urban. cum emptor utriusque pcedij dominuz  
 acceperit. tot. in l. 1. quemadmod. servit. amitt. In re autem propria servituti servituti  
 consistere nequit. l. 1. ff. Si Vusu. petari. l. In re communi. 26. de Servitut. Urban. po-  
 nantur postea resolvi contractum allata ab alio meliore conditione, quatenus, an ser-  
 vituti confusae ipso Iure reviviscant a bique nova impositione? Et quidem sola Iuris ra-  
 tione censo dicendum esse n. tam ipso Iure reviviscere servitutes confusae, quae ex post facto  
 appaerent, eas n. fuisse ab initio confusae, nec amissae; quia resolutio contractus retrocedi-  
 tur, emptorez pcedij in diem addicti dominuz nunquam fuisse, ut saepius inculcavi, et  
 per consequens nunquam confusae servitutes cessante ratione confusionis. Assumptum pro-  
 bo ex duplici Iuris testimonio. 1. ex l. Legatariuz. 38. S. 1. de leg. 1. ubi si testator pcedij  
 serviens legaverit Dno pcedij dominantis, et legatariuz legatuz repudiaverit, ait Pom-  
 pon. servitutes confusae non esse, quia licet Dnum pcedij servientis ipso Iure fuerit le-  
 gatariuz quatenus a morte testatoris. l. Legatum. 80. de leg. 2. tamen cum repudiet, retro-  
 creditur nunquaz eum Dnum fuisse, ac n. ei legatum relictum non erit. l. 44. S. 1. de leg. 1.  
 l. 1. S. 6. Si quid in fraud. Patroni. l. Quaedam. 5. de Reb. dub. ergo pariter cum allata me-  
 liori conditione retrocreditur eundem nunquaz fuisse ac n. ei legatuz relictu n. erit.  
 l. 44. S. 1. de leg. 1. l. 1. S. Vtrum. 6. Si quid in fraud. Patron. ppter emptorem fundi in diem  
 fundas. Secundo ex l. Dominus. 52. de Vusufructu, ubi n. Dnum pcedij pcedij servientis legave-  
 rit in quod post agnatum legatuz per inofficium querelam, qua omnia revocat ad caput  
 intestati, apparet tamen nullum superesse, ac proinde nec legatum ullum, ex quo propri-  
 etas acquiri potuerit. l. 8. S. penult. et Vlt. l. qui repudiant. 17. in fine. l. Cum mater. 28.  
 de Inoffic. testam. Unde eleganter avertit Papien. Iu Vusufructus non tam reviviscere ex  
 tunc, quam nullo unquam tempore extinctum, finitumque fuisse ex post facto appaerere, sicq.  
 hunc tom. explicat Anton. Faber in eju. Ration. et de errorib. Pragmat. d. decad. 23. errore. 1.  
 quo in nostra specie, et paritate dicere debemus Resolutio contractus servitutes n. tam reviviscere  
 post extinctionem, quaz nullo unquam tempore extinctas fuisse ex post facto appaerere =



Opponi tamen ista sententia potest et in l. Papin. 18. de  
 Servitut. l. Si servus 20. S. Nam et Fundus. l. Si usufructus 84. S. Ader. l. Legatum. 116.  
 S. Ut. de leg. 1. l. Cum filius. 76. S. Dom. 2. de leg. 2. In quibus omnibus si testator fundus,  
 qui Titio serviebat, instituto Titio herede legaverit Sempronio per additionem herede-  
 ditarii cum fundi servitute docet Cuius, et mox si legatarius legatum agnovit, nova  
 impositione opus esse, quod non paratur, legatarius submovebitur per doli mali exceptionem  
 Et e converso docetur, quod si testator herede instituto Domino praedij servientis praedij  
 dominantis aliter legaverit servituti confusa per additionem hereditarii mox no-  
 va impositione restituenda est legatario legatum praedij dominantis agnoscenti.  
 Tunc sic agitur, cum legatarius legatum agnoscit, retro creditur Dominum fuisse a mor-  
 te testatoris. d. l. 44. S. 4. de leg. 1. cum similib. et haec fingitur Dominum nunquam fuisse  
 rei legata; et tamen non solum dicitur, servitutes confusas non fuisse, sed et avertitur,  
 extinguitur restituenda esse, novaque impositione opus esse: quod licet allata meliori conditio  
 retro creditur, emptorem Dominum nunquam fuisse praedij in diem adjecti, tamen dicitur  
 est, non solum servitutes fuisse confusas, et restituenda esse, sed et nova ad id impositione  
 opus esse. Sed pro solutione separandum est in hac parte, sicut et in alijs legatum Vindi-  
 cationi a legato per damnationem relicto; legato enim per vindicationem fundo serviente  
 herede instituto Domino praedij dominantis, et e converso legato per vindicationem praedij domi-  
 nante herede instituto Domino praedij servientis nulla potest fieri confusio servitutis.  
 Argum. et in d. l. 38. S. 1. de leg. 1. d. l. 57. de Usufructu, quia dominus praedij legati  
 potestate legi acquiritur legatario, et retro creditur, legatarius legatum agnoscens  
 retro Dominum fuisse a morte testatoris, et rei legata Dominum nunquam pene heredes  
 fuisse, ut loquitur et in d. qui de legato vindicationis ab omnibus accipiuntur in d. l. 44.  
 S. 1. de leg. 1. d. l. 80. de leg. 2. cum alijs, et per consequens cum nunquam apud heredes  
 concurrat dominus praedij servientis, et dominantis, non dicitur, servitutes restitui-  
 endas esse nova impositione, sed ex post facto apparere nunquam amittas, aut ex-  
 tinctas fuisse. Qua etiam ratione id, ut dicitur, contingit in praesenti, quod legato per  
 damnationem fundo, qui heredi fundo servitutez debebat, vel cui a fundo herede  
 hereditarii interveniente, quia per eam dominus fundi per damnationem relic-  
 ti apponitur, et acquiritur heredi, et apud eum concurrat Dominus utriusque  
 dominantis, et servientis; agnoscens vero legatario legatum, iterum servituti resti-  
 tuitur, non quidem ipso Iure, sed nova impositione; itaque cum legatum fuit fundus,  
 qui fundi fundo serviebat, legatarius petens legatum doli mali exceptio repellendus est,  
 et non paratur ipsammet servitutez imponi, quae fuit sublata; per confusionem autem  
 doli necessaria est heredi, quia ipso Iure verum est legatum deberi sine servitute,  
 cum sit confusa, sed aequitatez exceptionis illud inducit, quia cum legatarius  
 petat fundum sibi tradi liberum, qui fuerat servus pene testatoris, capere vult  
 lucrum ex damno alieno per occasionem Iuris civilis contra naturalem aequitatem.  
 l. 1. de Doli mali exceptio. Nec enim audiendus est, si velit impurare heredi, cui facti-  
 to suo servitutez confunderit adeundo hereditatez, quin potius id aequi, bonique con-  
 sultare debet, habereque gratiam heredi, quo adeunte legatum intercidit; nemo enim  
 alteri potest subicere factum, ex quo ipse lucrum sentiat. l. Si extraneus. 33. l. Cum in  
 fundo. 78. S. quid si mulier. de Iure dot.; Cum vero legatum fuit per damnationem fundus  
 dominantis heredi instituto Domino praedij servientis, legatario actio competit ex testam.  
 contra heredes, ut confusam servitutez ei conservat. iuxta quod intelligendi sunt et in  
 Argum. Expenni, qui loquuntur de legato relicto per damnationem, et explicanda sunt  
 illa verba et in l. 18. de Servitut. in omnibus servitutibus, quae additione confusas  
 sunt, quatenus significant semper additione confundi, quando scilicet legatum per



Vindicacione relinquitur. docent contra Accurs. et Antiquiores Cusac. in d. l. 38. §. 4. de leg. 1. Anton. Faber lib. 20. Conject. cap. 12. Schiford eg. lib. 13. tract. 11. quæst. 4. in fine. Castillo de Vusi. cap. 2. ex n. 2. et cap. 22. ex num. 9. Ex quibus idem dicendum erit de Reuocacione contractus in causa emptionis lationis, vel secuta Retractacione ex pacto de Renovando, §. d. v. m. de legato damnationis, ut docet Anton. Fab. de errorib. Pragmat. decad. 13. error. 10. n. 1.

Num. 31.

Deinde contra superiorum doctrinam, quatenus acriimus fundo in diem addicto, et allata postea meliori condicione ex post facto apparere servitute n. fuisse confusam, opponitur difficultas Iuliani decisio in l. Si tibi. 1. §. quib. mod. Vusi. amitt. ubi cum testator legasset alicui Vniuersum fundum sine di. pure, et alteri proprietatem sub condicione, et cui fuit legatum Vniuersum fundum pendente condicione, dominium proprietatis acquisiuit ab hærede ex causa emptionis, ponamus et alia similia, deinde extiterit condicio, decidit Iulianus, eum, cui nuda proprietatis legata fuit, pleno Iure fundum habiturum, nec interuenire quod detracto Vniuersum fundum proprietatis legata sit, quia dominium fructuarium proprietatem acquisiuit, Ius omne legati Vniuersum fundum amittit. Suppono in hoc textu legatam fuisse fundi proprietatem per Vindicacionem relicta. l. Servo. 69. §. 1. de leg. 1. aliam namque si legatum per damnationem relicta fuerit, legatarius n. potuerit proprietatem ab hærede alienatam vindicare, sed estimandum solum ab hærede petere, cum ex nomine solum habeat actionem personalem, quæ contra tertium possessorum n. competit. l. 25. Verb. In personam de Oblig. et action. Tunc sic. Extincta condicione legati relicta per Vindicacionem resoluitur omnino alienatio medio tempore ab hærede facta, perinde ac si non præcessisset d. l. 69. §. 1. de leg. 1. Argum. tñ. in d. l. 11. §. 1. quemadm. servitut. amitt. Cum retrocedatur legatarius Domani fuisse à morte testatoris; et tamen resoluta alienatione Vniuersum fundum medio tempore confusus consolidatur n. solum n. dicendum ex post facto fuisse confusum, Verum nec reviviscere ipso Iure, nec nova impositione: pariter q. adhuc resoluta emptione fundi in diem addicti n. solum dicendum erit, servitute fuisse confusam, Verum et ita extincta, ut nec possint ipso Iure reviviscere, nec nova imponi. Accurs. Anton. Faber in ejus Ration. et Cusac. lib. 35. Digest. Iulian. in d. l. 11. de servitut. Iste tamen interpretatio admitti n. potest, vel quia ex eo sequitur resoluta emptione fundi in diem adjecti non reviviscere servitute medio tempore confusam, cum confusio voluntas emptionis, aut venditoris causam dederit; Cujus tamen contrarium ex nostris Rationibus fundavimus. 2. quia ex ea sequeretur servitute confusam per additionem hereditatis n. posse reviviscere nova impositione, cum huic etiam confusio causam dederit voluntas hæredi; Contrarium tamen constat ex d. l. 18. de servitut. cum similib. Rursum convincitur ex l. 2. §. 1. de fundo dotali, tanquam communi ex d. l. 57. de Vusi. in ejus specie falsio docent Accurs. et Anton. Faber Vniuersum fundum sine confusum sola legi potestate, cum Cui ponat, fructuarium agnovisse legatum proprietatis, ut constat ex illis Verbis: Idque prædictum aliquando possimus legatarius restituere filio ex testam.; et tamen licet voluntas fructuarium confusio Vniuersum fundum causam dederit Vniuersum fundum ex post facto resoluta acquisitione proprietatis apparet nunquam fuisse confusum: q. idem dicendum in servitute. d. l. 11. §. 1.

No. 32.

Qua interpretatione rejecta dicendum arbitror in specie d. l. in d. l. 11. legatum per damnationem fuisse relicta, et ea ratione confusum fuisse Vniuersum fundum eo ipso quod fructuarium proprietatem ab hærede acquisiuit, nec possit reviviscere







annu legatum puxum esse, sequentibus annorum conditionale. l. 4. de Annui leg. docent Anton. Faber in Vation. ad d. l. 34. Cusac. 35. Digest. Iulian. in eadem l. et in l. 17. quib. mod. usufruct. amitt. Aliud vero dicendum esset, si fuisset pure usufructui legatus; tum enim ita per acquisitionem proprietatis extingueretur, ut nullus rationi locus supererit, ex quibus iam patet argumenti solutio =

Num. 34.

Inferri etiam ex his, quae diximus de potestate resolutionis contingenti ex vi pacti additionis in diem locationem ab emptore medio tempore factam allata meliori conditione ipso Iure resolvi, ponamus emptorem fundum, quem sub pacto additionis emerat, locasse, et postea meliorem conditionem allatam esse, tunc secundus emptor, qui meliorem attulit conditionem impure potest expellere conductorem; in quo tamen non elucet potestas resolutionis; nam quocumque titulo Domini fundum, quem locaverat, in alium transulerit, singulari successore non tenetur stare locationi, imo potest conductorem expellere. l. 8. Emptorem. §. C. de Locat. l. 1. ff. de Iure fisci. Sed tamen cum conductor expulsi a singulari successore ante elapsa tempora conductionis habet remedium contra locatorem, a singulari successore ante elapsa tempora conductionis habet remedium contra locatorem, Quam potest, an conductor expulsi a 2. emptore ante elapsa conductionis tempora possit ex conducto agere ad interueniendum contra primum emptorem locatorem. Et quidem ex ultimo sequentibus directionibus adhibendis; aut conductor scivit, locatorem dominum habere resolutionis, aut ignoravit; Si scivit, non habebit actionem ex conducto, solum tamen pro rata tempore, quo fuerit esse, pensionem praestare tenebitur; Si vero ignoravit, quia deceptus a locatore habet actionem ex conducto ad interueniendum, ut non in divinitate casu dissensit eleganter Ulpianus in l. Si quis Dominum. §. 5. Locati, ubi Anton. Faber in Vationali, non potest primum emptor a 2. indemnitate actionem exigere; id enim solum permittitur marito, qui fundum dotalem locavit, qui soluto matrimonio non aliter fundum restituere potest cogendus est, quam praestita de indemnitate cautione. l. Si filiusfam. §. 5. ff. de Iure matr. quod specialiter favore dotalium receptum est, ut facilius rerum dotalium conductores inveniant scientes; Regnum adversus maritum soluto matrimonio habent, et ne ex causa praedictarum inferatur marito, ei per cautionem indemnitate prospicitur, docet sic, et eleganter tom. in d. l. 25. §. ff. explicat Anton. Faber de errorib. Pragmat. decad. 29. art. 4 =

N. 35.

Sed enim vero tota doctrina tradita in hoc capite, scilicet quod resolutio primo contractu nullum omnino Ius remanet peres emptorem, quia potestatem resolutionis titulus reddit ad non titulum, causa ad non causam, tanquam si nullus contractus praecederet, nimis offenditur et tunc in l. Vbi. §. 4. S. Idem Iulianus. §. h. tit. ex l. Qui in puterum. §. 5. Si fundus. §. quod vi, aut clam accommodatum esse emptori in non tunc terminum etiam post allatam meliorem conditionem; at meliorem allata conditione ipso Iure resolvetur contractus; §. etiam post resolutionem reddet aliquis titulus apud emptorem. Huius difficultati communiter satisfaciunt Interapp. et accedendo in dictis Iuris solum concedere Cum interdictum emptori, antequam melior conditio afferatur; non vero post; quod optima ratione a iuris inducitur; quia medio tempore Domini fuit rei vendita contractu pure celebrato, quod supponunt; Unde nulla ratione poterat ei interdictum denegari, secus vero post factam ab alio additionem; quia tunc proxius exprimitur titulo per resolutionem nullum superest fundamentum ad interdictum conuenientiam; Verum a sua interpretationi obesse agnoscunt Cuius decisionem, qui in dictis locis solum utile interdictum accommodat, ibi utile interdictum habebit, quod profecto vero Domino directum commiserit, ut ipsemet fatentur, diversimode praedicta Verba exarantur. Accusatus ideo ibi interdictum utile appellari ait, non quod directum non competat, sed utile, quia efficax. Anton. Faber in Vationali ad d. l. §. 4. h. tit. ideo ibi utile interdictum emptori accommodari docet, quia propter metum resolutionis, qua interveniente nunquam Domini fuisse emptor crederetur, nequit ei directum interdictum concedere, sed utile tantum, scilicet neutra solutio admitti poterit, non ea, quam tradit Accusatus; Nam ipsi Verbi constat, quod ante allatam meliorem conditionem directum interdictum competat emptori, post vero allatam utile, quod venditor venditi iudicio praestare cogitur, sicut et fructus medio







dat in d. l. 11. §. Animo. 11. quia licet Dñi n. n. t. ejus tamen intentus opus factum non  
 esse. Quam sent. <sup>am</sup> Vlpianus amplectitur in d. §. Ergo. 12. posteriori casu scilicet quando fundus  
 traditus est ex causa conductionis sine dubio, priori vero, cum scilicet traditio facta sit pre-  
 cario, dubitatur, ut apparet ex illa nota Videamus, quæ defendentis est, et in id tantum se  
 magis inclinare demonstrantis; itaque priora textus Verba, quibus sine dubio inter-  
 dictum emptori accommodat cap. 5. n. 11. sunt legenda, prout stat in libri Florentini;  
 Sed adjecta negatione prout in alij libri leguntur: hoc modo ergo n. post in diem addic-  
 tionem factam fundus non precario traditus sit, putent emptorem interdictum quod vi,  
 aut clam habere, ut hoc modo Consultus decidat eorum, quo fundus traditus sit ex cau-  
 sa emptioni, et alterum, quo traditus fuit precario, vel ex causa conductionis, sic docet Cu-  
 jac. lib. 2. observ. cap. 15. liceat fateri Florentinæ lectiones posse retineri, prout eam tenuit  
 Robertus lib. 4. Recept. cap. 35. quem iterum breviter reprehendit Cusac. lib. 16. observ. cap. 29.  
 n. 11. n. post allatam meliorem conditionem opus vi, aut clam factum n. interdictum in om-  
 nium sent. competit venditori; quia in re non certabat cum Iuliano Causi d. §. 12. in fine.  
 Veri. Plan. Tandem in §. Si ita procedit venierit, ut si dupliciter, vel aliquid aliud eve-  
 niat, in emptum euet, facilius interdictum competit emptori, si modo sit in possessione.  
 At facilius, quia interim consistit in his casibus prout emptionem. l. 3. de Contra h.  
 Empt. l. 2. §. Si in diem. 4. Pro empt. quod n. similiter dici potest in venditione facta  
 sub pacto comminatio; nam hanc esse conditionalem exprimebat Sabinus d. l. 2. §. Sa-  
 binus. 3. Pro emptore. Verum contraria Pauli sent. obtinuit, ut late dixi cap. 1. hujus Com-  
 mentarij, hoc quoque decidit Vlp. in d. §. 13. in fine d. l. 11. quid vi, aut clam, quom totum  
 ita eleganter explicat Cusac. lib. 2. Observat. cap. 25. circa finem.

Nº 38

Iam vero ex diverticulo  
 ad viam redeamus, rursus longe fortius in prædictam doctrinam inurgunt difficiles  
 tot. in l. Si hominem. 19. de Vindicat. et in l. Si duobus. 6. §. Vlt. de Divers. et temporall.  
 præscript. in quibus ceterunt Iulianus, et African. uti posse venditoris accessione ponendi  
 omni, quæ medio tempore fuit penes emptorem post resolutionem contractus potestate pacti  
 additionis, vel comminatio, quemadmodum accessio medij temporis illi prodest. Vendito-  
 ri in redhibitione. l. Papin. 13. §. Præterea. 2. de acquir. poven. manifeste ergo evincitur,  
 etiam post contractus resolutionem aliquod Ius penes emptorem remanere. Tanta, et  
 ideo ingent est hæc difficultas, ut Reteri lib. 3. Opusculor. ad lib. singular. quarit. Sex  
 volta in l. De accessionibus. 14. §. Itaque. 1. de Divers. et tempor. constanter affirmet, ac-  
 cessionem medij temporis ex persona emptori nequie venditori prode in his termi-  
 nis. Coeterum verum hujus magni Præceptorum contrariar sent. amplecti coguntur  
 Expressa Iavoleni, et Africanæ testimonia in d. l. 12. et in d. l. 6. §. Vlt. ceterentia,  
 prode venditori in prædicto casu accessionem medij temporis ex persona emptori, quæ  
 ita exaudiunt Accursius, et Cusac. in Recitat. ad to. in d. l. Pomponius. 13. in p. et  
 in §. Si liber. 2. de acquir. poven. et in l. Id temporis. 14. de Vindicat. et 9. quarit. African  
 in d. l. 6. de Divers. et tempor. et ea ratione procedere arunt, quia etiam resoluta Ven-  
 ditione causam habet venditor ab emptore saltem neutralem scilicet redditionem  
 rei, et quia intelligitur venditor rem ab emptore redemere, et quasi ab eo reditio  
 emere (quamvis hoc inficit D. Reteri ubi supra) quemadmodum in redhibitione,  
 quod ex dictis Iuribus expresse constat, et ex d. l. Pomponius. 13. §. Præterea. 2. Vn-  
 de nil obstat tot. in l. Si are. 9. §. Iulianus. 2. de Except. rei judic. qui forte in contra-  
 riam sent. <sup>am</sup> magnus Præceptorum transijt; nam recte docet Cusac. d. lib. 2. quæstion.  
 African. in d. l. 6. ibi n. posse opponi venditori exceptionem ex persona emptori; q. nullo  
 facto emptori, sed aliunde eam rem obtinuit, quod idem in nro casu observaretur,  
 si nullam causam venditor ab emptore haberet. docent Cusac. in d. l. 13. §. 2. de acquir.  
 poven. et 9. quarit. Afric. in d. l. 6. de Divers. et tempor. Barthol. in d. l. Si hominem. 19.  
 de Vindicat. et in d. l. 9. §. 2. de Except. rei judic. Verum hic casus, et Bartholi interpret.  
 ex eo penitus videtur everti, et funditus corrui; quia falsum est docere, venditoris



N. 39.

causam habere ab emptore, Primo, quia retrovenditio nulla supponi potest, quia non  
intervenit; diuinitia namque sunt pactum additionis, et commissio a pacto de  
retrovendendo; Deinde neque redhibitio, vel traditio rei desideratur, quo casu per Verba  
directa contractus celebratus fuit; quippe etiam non interveniente potest venditor  
rem vindicare, ut infra latius dicemus: si ergo neque retrovenditio supponi potest, neque  
redhibitio, vel traditio rei necessaria est, sequitur evidenter nullam cum emptore habere  
venditorem: contra q. Bartholi, et Cusacj sent.

Sarcor equidem rari ponderi hoc du-  
bium esse, ut radicibus evelli videatur interpretatio à Cusacio, et Bartholo assignata.  
Ceterum adhuc illam Veram mihi facile persuadeo, quamvis longe intensiori exposita  
indigente non inficiet. Aiero igitur resoluta venditione possessiones medijs temporis pro-  
dente venditori ex persona emptorij, ut expresse docent Iavol. et African. in d. l. 13. et in  
d. l. 6. §. 4. eorumque decisionez ea nra ratione defendo, quam praesertim Cusac. et  
Barthol. videlicet quia venditor causam habet ab emptore, a quo intelligitur rem acci-  
pere, vel quam retro emptore; sed continuo (et forte sine duce; Neminem namque pra-  
manibus habui, quem sequer) hanc Cusacj, et Bartholi rationez n. esse accipiendam  
respectu dominij, vel cuiuslibet alterius Iuri, et ita ut necessaria sit redhibitio rei, vel  
suppositio retrovenditorij, ut venditor queat dominus, vel alia Iura acquirere, quia  
statim ac resoluta est emptio, transeunt haec omnia ad venditorz sine ullo emptoris  
facto, ut circa dominij infra fundabimus, et de alijs Iuribus, quae late diximus,  
scilicet praesertim, et reserare exaudienda solius persona possessioni intuitu, ut sen-  
sus sit, ideo medijs temporis possessio venditori profuit, ex persona emptorij, quia  
ab eo causam habere venditor intelligitur, vel ex eo quod rem ab illo accepit cre-  
ditor resolutio contractu, vel quod ab eo retro emisse praesumitur; Si vero nunc in-  
dignas; qua ratione necesse sit titulum, vel causam supponere intuitu possessioni? Di-  
co eandem causam, et eleganter profecto hoc Ius inducendum esse, q. ad continuandaz  
possessionez requiritur saltem successio respectu illius, hoc est quod ille, qui pro-  
secutus est in possessione, succedat in locum possidentis. l. 5. §. De accessionibus. 14.  
per omnes §. de Diversi. et tempor. praesertim. §. Divina. to. cum seq. In iur. de Vucap.  
ubi repetent; at haec successio nequit sine titulo aliquo, vel causa contingere,  
ut probant aperte allata Iura: optime ergo respondum est, ideo venditorz uti acce-  
ssione medijs temporis ex persona emptorij, quia ab eo causam, et titulum habet  
ad accessionem. d. l. 13. §. 7. de acquir. possen. Verum nunc instabi dicendo, quod  
licet Verum sit, titulum, et causam adhiberi ad continuandaz possessionez, tamen  
nequeunt haec in nra hypothesi intervenire, quia resolutio omnia penitus  
abolendo nequit permittere, quod aliqui titulus, vel causa penes emptoriz videat.

N. 40.

Sed enim vero respondeo, resolutionem  
suas vires exercere tantum circa dominij, et alia Iura, n. tamen circa posses-  
sionem; Quod quamvis in nra sent. insolens, et iniquum, parumque notum, ne  
dicam novum, videatur, eo solido fundari Iuri notari principio facile ostendaz,  
nempe quia resolutio, quantumvis virtute retroraditionis dominij, et omnia  
Iura tribuat venditori, tanquam semper Dño, sublato venditionis conceptu, posses-  
sionez tamen medijs temporis ideo ei non valet concedere resolutio, quia potestas  
retrofectionis, vel retroraditionis nequit supponere venditorz possessionez medijs  
tempore fuisse; fictiones namque, ut notum est, ad causam possessionis, utpote facti  
non extenduntur, quod patet in fictione postliminij, inter quam, et resolutionem,  
de qua tractamus, adeit maxima circa hanc partem similitudo, quae licet servi-  
tutis imaginem delendo, dominium, et alia Iura praecedentia, et intermedia rever-  
so ab hostibus restituat. l. Illa institutio. 32. §. 4. de hered. instit. l. 12. de Testam. l. Ter.  
28. de Vulgar. l. In bello. 12. §. 4. l. Apud hostes. 9. cum 3. seqq. de Captiv. cum alijs plu-  
ribus.



ribus, quas refert D. Reteri lib. 6. Opusc. cap. 6. cum seqq. ubi hanc doctrinam late fundat  
 D. Joseph. Santol. Interpret. 22. tamen possessionem intermediam recuperat, q.  
 cum in facto n. consistat, nequit esse in suspensio, ob idque nullam invenit fictionem, quaz  
 ponit restituere. l. Denique. 19. ubi Cusac. 3. quest. Papin. Ex quib. caus. major. l. Ait Prae-  
 tor. 23. S. 1. eodem. l. In bello. 12. S. facti. 2. de Captiv. l. Si iquis pro emptore. 15. de Vnucap.  
 docent D. Reteri lib. 6. Opuscul. cap. 11. per totum. Santol. ubi nupet. Valencia lib. Illura.  
 cap. 10. et 11. Pari formiter ergo quamvis resolutio venditionis conceptum proximo to-  
 llat ad similitudinem fictionis postliminij, circa dominium tantum, et alia Iura  
 Vigore suum exerceat, non vero circa possessionem, quae cum inspecta veritate penes  
 emptorem sitent ratione contractus. l. Pomideri. 3. S. Et si alij. 9. et 5. Si rem. 18.  
 de acquir. posses. apum. tot. in l. Pignori. 35. l. Re. 36. l. 4. S. Per servum. 15. l. Gene-  
 raliter. 9. eod. tit. nequit venditori proficere, cum ad ea non se extendat resolutio, nec  
 retrofectio, nisi respectu illius titulum, vel causam habeat ab emptore. d. l. 9. S. Iu-  
 lianus. de except. rei judic. d. l. 5. et 15. de divers. et tempor. praescript. Recta ergo  
 ratione asserum est, venditorem causam, et titulum intelligi habere ab emptore,  
 ut possessio medij temporis ei prodere valeat; quod praeterquamq. opus fuit  
 supponere, ut vidimus, valde equum etiam, et rationi conforme est, ne scilicet  
 venditor, qui resoluta venditione semper rei Dni fuisse creditur, virtute retro-  
 tractionis nequeat gaudere accessione medij temporis ex persona emptoris, qui  
 licet Iure possideret, sciebat tamen se ex causa possidere, quae potest reduci ad  
 non causam, utque tota restituenda esset venditori existente conditione, tanq.  
 quae nunquam ab alio decerneret; quae omnia ad praedictaz difficultatez diabol-  
 vendaz penitabamus, dum alij meliora, cui libenter subiciamur =

N. 41.

Haec procedunt ex venditione con-  
 tracta sub resolutiva conditione ex vi pacti additionis in diem: quid ergo  
 dicendum erit, si venditio n. pura, sed conditionalis fuerit, et conditio defec-  
 rit? An utitur venditor accessione possessionis ex persona emptoris ad comple-  
 ndaz, et continuandaz Vnucapionez alienae rei venditae? Et quidem Accursius res-  
 pondet, possessionem emptoris venditori prodere debere ex d. l. Pompon. 13. S. Si iquis  
 precario. 7. de acquir. posses. ubi Ulpianus scribit, eum, qui precario conceit,  
 n. posse quidem uti accessione quandiu manet precarius, sed si receperit posse-  
 sionem ejus temporis rupto precario ei accedere possessionem ejus temporis, quae  
 precario possidebatur. Anton. Faber in Rationali ad l. 4. h. tit. e converso asserit,  
 tempus, quo rei fuit penes emptorem venditori prodere ex persona sua, n. ex persona  
 emptoris. Veramque sent. distincte adhibetaz Veram ex iusto; aut actum fuit  
 inter contractantes de transferenda pure possessione in emptorem, et tunc Vera est Ac-  
 cussij sent. quae probatur ex d. l. 13. S. 7. aut actum est de transferenda possessione  
 sub eadem condit. sub qua actum fuit de transferendo dominio, et tunc Verissima  
 est Fabri sent. ea ratione, quam ipse adducit. Omnis questio de accessione posses-  
 sionis praesupponit acquisitionem possessionis in ejus persona, ex qua accessio parti-  
 latuz; accessiones enim neque alij possunt transferri, nec ex aliorum persona, quaz  
 qui habent propriam possessionem. d. l. 13. S. penult. de acquir. posses. l. Vlt. de Divers.  
 et tempor. praescript. at possessio non minus quam dominium potest transferri sub  
 conditione, ut proinde conditione deficiente licet traditio facta sit, nulla tamen  
 possessio translata esse intelligatur. l. Abiener. 38. S. 1. de acquir. posses. Cum ergo  
 nullam propriam possessionem habeat re, cui fundus additus est in diem sub condit.  
 quae postea defecerit, absurdum est dicere, venditori prodere accessionem possessionis  
 ex persona emptoris; dicendum tamen est prodere venditori tempus, quo rei fuit ap.  
 emptorem ex sua propria persona, q. possessio non fuit interrupta, per mediam enim  
 emptoris personam venditor possidet: q. tot. in l. Quod Marcius. 16. de acquir. posses. =



Ultimo ex dictis inferatur, q. quamvis meliori conditione n. allata, vel pecunia ad diem soluta appareat, emptoribus semper Dnum fuisse venditione pure celebrata, tamen defecta conditione, vel pretio non soluto semper dominium venditori fuisse creditur, quia sublato, penitusque extincto emptoribus titulo virtute resolutionis dominium ab emptore discedere, et ad venditorem redire necesse est. l. Si quis hac lege. 4. de Rei vindic. d. l. Vbi autem. 4. §. Sed et Marcellus. 3. h. tit. l. Si fundus. 4. de lege Communi. l. Qui ea lege. 3. l. Commisoria. 4. C. de Pactis. inter emptor. et vendit. docent Donell. lib. 16. cap. 18. et 19. ubi Oruald. lit. f. Anton. Faber in Rationali ad d. l. 4. de Rei vindic. et d. l. 4. §. 3. hoc tit. Cusac. in Comment. ad tit. C. de Pact. inter emptor. et vendit. Coeterum in hoc conveniunt omnes Interpretes, scilicet quod Resoluta venditione redit dominium ad venditorem; in eo tamen multum variant; Unde Valde se torquent, an videlicet revertatur cum traditione emptoribus, vel sine ea ipso Iure? In qua re licet addi Cusac. ad tit. Cod. de Pact. inter emptor. et vendit. Anton. Faber in Ration. ad d. l. 4. de Rei vindic. et ad d. l. 4. §. 3. h. tit. et ad d. l. 4. de lege Communi. Valentia lib. 4. Illustri. tract. 2. cap. 4. n. 12. et 13. Gomez tom. 2. Variar. cap. 2. n. 30. et 31. affirmant, nequie dominium ad venditorem reddere sine retrotraditione emptoribus. Cujus sent. fundamenta hae sunt: Dominium Rei venditae sub pacto additionis, aut commissorio traditione secuta transit ad emptoribus d. l. 4. §. 3. hoc tit. q. ut revertatur ad venditorem, Requiritur actus retro similis, ut est ut interveniat retrotraditio. l. Ab emptore. 58. de Pactis. l. 4. et 2. C. q. liceat ab empt. duced. cum abique traditione nulli poterit acquiri dominium ex Vulgari regula l. In traditionibus. 20. eod. tit. de Pact. Expendunt et in l. 3. Cod. de Pact. inter emptor. et vendit. ubi dicitur scribit Alexander, quod qui praedium vendidit sub pacto commissorio, si n. precariam possessionem tradidit, rei vindicationem non habet, sed actionem personalem ex vendito, per quam scilicet cogat emptoribus ad retrotraditionem, quae etiam competere dicitur venditori in l. Si fundus. 4. de lege Communi. Sed Rei vindicatio est praecipuus effectus dominij. l. In rem actio. 23. de Rei vindic. cum similib. ergo sine retrotraditione dominium n. revertitur ad venditorem; itaque juxta d. l. inferunt, n. competitur venditori vindicationem, nisi eo solo casu, quo possessio tanquam precaria tradita emptoribus sit, quia tunc n. desinit venditor possidere, licet quodammodo emptoribus quoque possidere dicatur. d. l. Certe. 6. §. Igitur. 2. l. Et habet. 15. §. 4. de Precario, et ad hunc sensum intelligunt et in d. l. 4. Cod. de Pact. inter emptor. et vendit. ne obiret sua sent. Tandem et ponunt in hanc rem expendere et in d. l. 19. de Viucap. d. l. 6. §. 1. de Diven. et tempor. praescript. l. Si praedium. 4. C. de Aedilit. Edict. in quibus omnibus, et alijs similibus dicitur, q. eveniente resolutione creditur venditor ab emptore rem retroemere, et pari parum dicitur ambulare resolutio contractus damananti ex hijs pactis cum redhibitione emptoribus, adeo ut actio redhibitoria venditori eo nomine adversus emptorem competere dicatur; atqui notum est, quod cum contractus rescinditur per actionem redhibitoriam dominium n. revertitur ad venditorem abique traditione, et facto emptoribus, ut in superioribus satis ostendi ex l. 43. §. 8. de Aedilit. Edict. cum alijs q. pariter resolutis contractu dominium rei in diem addicta n. revertitur ad venditorem sine traditione emptoribus.

Ab hac Cusacij, Fabri, et Valentia sent. in effectu n. distat ea, quam sequitur D. Menchaca controversi. Jusfieg. lib. 3. cap. 69. junct. Oruald. lib. 18. cap. 19. lit. f. distinguit inter casum, quo rei pretium solutum est, vel fidei de eo habita est, et casum, quo nec facta fuit solutio pretij, nec ulla de eo habita fidei, et in illo affirmat dominium sine retrotraditione n. reverti ad venditorem, q. scilicet translatum fuit ad emptorem ex reg. et in l. Quod vendidi. 19. l. Vt rei. 53. de Contracta. empt. in hoc nulla traditione opus esse defendit; quia Veritate etiam inspecta nunquam discedit a venditore dominium, tantumque precaria possessio emptoribus tradita fuit, et hanc sent. praeter adducta pro superiori fundamenta probat ex eo etiam, quod si quis, rem alicui tradiderit ex justa causa, quae postea reddiderat ad non justam, domi-



num n. Revertitur sine retrotraditione ad eum, qui tradidit, nec rei vindicationi  
 locus est, sed conditioni sine causa. l. 1. §. fin. et fere per totum. de Condit. sine caa, pariter  
 et dominus rei mortis causa donata secuto cam revocationi n. Revertitur ipso Iure  
 sine traditione ad donatorem. l. Cum qui. 12. de Condit. cau. dat. cau. n. secuta: §. reso-  
 luto contractu dominus non potest reverti ad venditorem ipso Iure, sed media emptoris  
 revocatione. Tandem D. Menchaca ubi nuper monuit n. 6. quare huc solum locum esse  
 in emptione celebrata sub pacto additionis, cuius vi dominus resolvable in emptorem  
 transferri tenetur, non vero in emptione celebrata sub pacto comminatio, ex qua irre-  
 solubile dominus existimat in emptorem transire.

N. 44.

Omnis his opinionibus, ex qua  
 cui neutra placet, quarumque saluta mox apparebit, libenter amplector sent.  
 quam tenuerunt Accursius, Barthol., Bald., Cinus, et alij Antiquiores Reperentes  
 ad d. l. 4. de Rei Vindic. et ad l. 20. C. de Pactis, Donell. lib. 16. cap. 18. ad finem, et cap. 19.  
 ante medium. Oruald. d. cap. 18. lit. C. et D. et cap. 19. lit. f. quam communem appellat Pa-  
 ber de Errorib. decad. 22. error. 1. n. 4. et error. 3. n. 2. qui constantem affirmant, et recte  
 resolutio contractu pure celebrato nulla retrotraditione opus esse, ut dominium rei ad  
 venditorem redeat, sed illicio ei rei vindicatione competere. Sent. hac probata ex  
 seqq. Meliori allata conditione, et sic resolutio contractu dominium ipso Iure discedit  
 ab emptore, ita ut nunquam Dnū fuisse videatur, ut expresse probant in d. l. 4. de  
 Rei Vindic. et in l. 4. §. 3. h. tit. et ipse fatentur etiam Adversarij: §. dominium ipso  
 Iure reddit ad venditorem, perinde ac si ab eo nunquam discederet. Probo conseq.  
 Ideo dominus ipso Iure reddet ad venditorem, perinde ac si ab eo nunquam discederet,  
 quia resolutio efficit, ut ullus titulus intercedere videatur, sed si nulla emptio inter-  
 cederet, dominus semper penes venditorem maneret: §. factio illa, qua efficit, ut do-  
 minus discedat ipso Iure ab emptore, perinde ac si Dnū nunquam fuisse, efficit etiam  
 am debet, ut dominus ipso Iure redeat ad venditorem, perinde ac si semper penes  
 eum maneret, et nunquam ab eo discederet. Rursum traditio solum exigitur ad  
 acquirendum dominium d. l. 20. C. de Pactis cum similibus; sed resolutio contractus  
 vi fictionis retractiva venditor n. intelligitur denuo dominium acquirere, sed  
 imo creditur, nunquam Dnū manere: §. inepte exigitur traditio, ut dominium  
 recurrat ad venditorem. Amplius tum demum efficax est traditio ad translationem  
 dominij, cum a Dno fit. l. Traditio. 20. de acquir. Ter. domin. cum Vulg.; sed resolutio  
 contractu emptor ipso Iure Dnū esse desinit, ipse fatentibus Adversarij: §. sius tra-  
 ejus exigimus traditionem. Conseq. patet; Nam traditio illa utpote facta a n. Dno  
 nequit sufficere ad transferendum dominium in venditorem: §. fatendum est sine  
 traditione ipso Iure ad eum redire dominium. Nec nostra hac fundam. diluet,  
 qui responderit, traditionem intercedere debere ea ratione, quia adhuc attenda fic-  
 tione retractiva dici n. potest, venditorem medio tempore possidere. iuxta dic-  
 ta num. 39. imo verum est, n. solum cum medio tempore, sed et resolutio contractu  
 ante retrotraditionem possessionem esse penes emptorem, cum verum dominus sine  
 possessione acquirere n. potuit. l. Si ager. 50. de Rei Vindic. ut pluribus fundat Va-  
 lentia lib. 4. illustr. tract. 2. cap. 2. ex n. 2. exigitur traditio emptoris, n. quidem  
 ut transferat dominium, quod ipse transferre nequit, sed ut transferat possessio-  
 nem, et in consequentia acquirent possessionem dominium acquiratur venditori.  
 Non inquam qui hac dixerit, diluet dicta fundamenta; Nam et si fatear  
 possessionem remanere penes emptorem resolutio contractu, nego tamen requiri  
 traditionem possessionis, ut dominium recurrat ad venditorem, tum q. Regula illa,  
 que habet, dominus sine possessione acquiri n. posse, locum sibi n. vindicat in præ-  
 senti; Nam ut jam dixi resolutio contractu venditor n. acquirat denuo dominium,  
 Sed imo nunquam creditur illud amittere; Tum etiam q. implicat omnino, ut in conseq.  
 Jam



translatæ possessioni à non Dño transferatur dominium, ut notum est. itaque ex his  
evincitur, dominium ipso Iure redire ad Venditorem perinde ac si ab eo nunquam  
discessisset, licet n. alia possessio n. acquiratur ei, quam ficta retrotraditione ab emp-  
tore n. Dño. Deinde pro hac sent. decretorius est tñ. in d. l. Commisoria. C. de Pactis,  
inter emptor. et Vendit. ubi dicitur resolutio contractu esse in potestate Venditoris eli-  
gere Venditionem, quam potius eligere n. poterit, si Dñus eo tempore n. inveniretur; Solu-  
tio vero Fabri, et aliorum, qui respondent, in hoc textu precariam tantum fuisse posses-  
sionem in Emptorem translatam, ut divinatoria explenda est. Idem probat tñ. in l. Vlt.  
de Lege Commis. ubi resolutio contractu competit rei vindicatio, quæ ut pote præci-  
pui effectus dominij. l. 23. de Rei Vindic. supponit dominium ipso Iure esse penes Ven-  
ditorem =

N. 45.

Ex his namque constat, falsam esse utramque sent. Relatam n. 41. et 42. Cum  
utraq. aserat, dominium translatum in Emptorem n. posse ipso Iure reddere ad Venditorem  
resoluto contractu sine retrotraditione emptoris; Cum tamen contrarium Verumumum  
esse jam satis Verè ostendimus. Nec tunc obstant Contrariorum fundamenta deducta  
ex l. 20. C. de Pactis, quod satisfuit solum superiori num. Nec etiam tñ. in l. 38. de  
Pactis, et in l. 1. et 2. C. quando liceat ab empt. disced. qui solum probant, quod re non  
integra contrahentes n. ponunt perfectum contractum emptoris, et Venditionis resol-  
vete consensu, sed ad id requiritur actus retro similis, id est novus emptoris contrac-  
tus. Aliud vero procedit, quando ipsa Venditionis contractus adjectum est pactum re-  
solutivum, cuius adeo ingentis potestatis esse saepe dixi, ut ipso Iure contractus resol-  
vatur, et ejus rei ipso Iure dominium redeat ad Venditorem. Difficiliores habet nexu tñ.  
in d. l. Qui ea. 3. C. de Pact. inter emptor. et Vendit. pro cuius Vera Expositione, et nra  
sent. elegant. limitatione dicendum est, sent. nostram, quæ tenet resolutio contractu do-  
minium ipso Iure redire ad Venditorem procedere, cum Venditio fuit Verbu celebrata,  
veluti si rei inempta sit, discedatur ab emptione, et alij similibus, n. Verò cum Ven-  
ditio contracta fuit per Verba obliqua, veluti restituatur, revertatur, reddatur res,  
ut in d. l. 3. tunc enim ut rectè scribit Alexander Imperator, Venditor n. habet rei  
vindicacionem, sed actionem ex Venditio, nisi precariam possessionem solum transule-  
rit in Emptorem, quia tunc possessio, quæ remanet, penes Venditorem sit, ut rei Vindi-  
cari possit. Argum. tñ. in l. 16. §. In vindicat. 3. l. 1. de Pignor. Ratio dixerim-  
ni inter utrumque casum provenit ex voluntate contrahentium, quæ dat legem  
contractui, quæque ex Verbu, quibus utuntur in pacificando, dignoscitur; etenim Ver-  
ba directa cum nullum exigant factum emptoris, indicant, contrahentes voluisse ipso  
Iure resolvi contractum, et sine ullo emptoris facto dominium ad Venditorem reddere;  
E converso vero Verba obliqua, cum exigant factum, n. ipso Iure resolvi, sed mediâ demum  
retrotraditione dominium ab emptore transire ad Venditorem. Unde in Venditione, quæ  
adjectum per obliqua Verba pactum additionis, aut commisoria omnia interveniant,  
quæ procedunt, cum contractus ex alia causa rescinditur, ut facile colligitur ex d. l. 3.  
C. de pactis inter emptorem. Quam differentiam inter directa Verba, et obliqua probant  
tñ. in l. 2. et in l. 7. C. eodem tit. Vide quæ dixi supra n. 13. =

N. 46.

Huius solutioni, et assertioni,  
quam tradunt nostra sent. assertores Relati num. 43. opponi existimat Ant. Faber tñ.  
in d. l. 41. de Rei Vindic. in cuius specie contendit, factum additionis in diem concep-  
tum fuisse per obliqua Verba, scilicet Reddatur ab emptione; et tamen deciditua alla-  
ta meliori conditione ipso Iure discedere dominium ab emptore. Cui difficultati omnia  
Bartholi solutione, quam rectè reprehendit Faber in eju tñ. Rationali, Respondeo, Verba  
illa, quibus pactum additionis conceptum fuit, scilicet Reddatur ab emptione, nec  
obliqua, ut somniavit Anton. Faber, sed directa, nec ullum exigunt factum emptoris,  
sed imò indicant, paciscenti voluisse ipso Iure ab emptione discedi allata meliori conditione;  
itaque rectè aserit Cui meliori allata conditione ipso Iure dominium ab emptore disce-  
dere, et ad Venditorem redire. Posset fortius Faber solutionem nrâ impugnare ex difficultate  
et n. notato ad rem tñ. in l. Si mortui ca. 29. Veri. Si vero sit de mort. ca. donat. ubi propo-  
nitur, ita rem fuisse donatam, ut jam nunc haberet donatarius, redderet vero, si convalesceret  
vel de prætid, vel peragere restitueret donator, et quaeritur, quanam actio competat? Respondet  
Vlt.



Vlp. interim in rem actionem spectare donatario, quia in eum fuit translatus dominus; si vero aliquo casu revocetur donatio, veluti quia eorum alicui contingit in rem etiam actionem ad repetendam donationem spectare donatori. Tunc ubi clausula revocativa fuit adjecta donationi mortui causa per obliqua verba, scilicet redderet, et exiitente revocationis casu sine traditione donatarij reddere dominum ad donatorem: q. licet pactum additionis fuerit per obliqua verba conceptum, meliori tamen allata ditione debet ipso iure reddere dominum ad venditorem. Sed tamen ut respondendum, adverto, quod si verba directa adjecta fuerint revocationi donationis, dominum ipso iure reddat ad donatorem, quo casu iudico veram esse sententiam quam docent Cobarrub. in rubrica de testam. 3. parte a num. 23. Anton. Gomez lib. 2. Variar. cap. 2. n. 20. securus semper obliqua donatio si concepta fuerit. Nec tunc obstat t. in d. l. 29. Nam dico, actionem in rem, qua in specie data, nec directam, sed utilem, qua solet favorabiliter concedi illis, qui vel rerum suarum dominum amiserunt, vel n. sunt perfecti adepti. l. 1. C. de Donation. qua sub modo. l. Pompon. S. S. de arbore. 3. de rei vindic. l. Si duo. B. S. de Iure iur. l. Quis rei. S. de Iure dot. itaque utili actio in rem donatario competit, qua etiam concurrat cum conditione causa data causa n. secuta. l. Qui mortui. 30. de mortui ca. donat. cum hac ratione causa n. secuta de qua, illa ex aequitate dominij amitti sine causa potest revocatur donationem docent Cusac. 2. ad Affrican. in l. 23. de mort. ca. donat. Donell. lib. 14. cap. 33. et ibi Ouald. lit. a. M. Faber de exorib. Pragm. de ad. 44 error. to. quos refert, et sequitur D. Rerum lib. 2. opus. sect. 2. cap. 5. n. 16.

N. 47.

Deinde n. obstat t. in d. l. 4. de lege Comm. qua licet concedat venditori actionem ex vendito, tamen n. ei negat vindicationem, n. simul, sed separatim. Quod idem dicitur in d. l. Communiaria. C. de Pactis inter emptorem. Nec etiam obstat t. in d. l. 19. de Vucap. et in d. l. 6. S. de Divers. et tempor. et in d. l. 4. C. de Adilit. Edict. Nam in d. l. 19. et in d. l. 6. S. ideo dicitur resolutio contractus intelligi venditorum rem retro emere, ut scilicet intelligatur causam habere ab emptore, ut ex ejus persona accione possessionis utatur, et q. hunc solum effectum pari pari ambulat contractus resolutio cum redhibitione juxta dicta n. 38. et 39. in d. l. 4. C. de Adilit. Edict. ita fuit pactum resolutivum conceptum, ut si procedum duplicaverit, inemptum sit, quo casu factum interpretari exiitente conditione contractum ipso iure resolvi, docent tamen redhibitionem actionem, qua competit, cum rei vitium aliquod latens, habent ignorantia emptori vendita est, hoc etiam casu emptori adversus venditorem competere, scilicet ut rem copatuz accipere, et pretium restituere; ex hoc autem n. inferitur dominum n. reddere ipso iure ad venditorem sicuti resolutio contractus, sicuti nec ex eo quod adveniente conditione deca resolut. venditori competere dicitur actio ex vendito contra emptorem, ex d. l. Communiaria. q. procedit, cum per verba directa pactum resolutivum conceptum fuerit, ut in d. l. 4. Aliud vero dicendum est, si per obliqua verba conceptum fuerit, veluti redeatur, redhibeatur, ut in d. l. Si conve. nit. 6. de Rescind. Vend. et in d. l. Si n. 34. S. Siquid ita venierit. 22. de Adilit. Edict. tunc enim ut ex his Iuribus constat, rei vendita dominum n. reddat ad venditorem ipso iure, sed media emptori traditione, et sola actio personalis eo nomine competit tam emptori, quam venditori. Denique n. obstat ultimum fundamentum expensum num. 42. deductum ex d. l. 4. S. fin. de Condit. sine ca., et ex d. l. 12. de Condit. ca. data; Nam Resp. quod licet in eis n. reperiat dominum conditione mediante traditione, ut constat ex integris illis titulis; hoc tamen ideo procedit, q. remanet adhuc conceptus titulus antecedenti, quantumvis inefficaci, ut etiam contingit cum emptio rescinditur per actionem redhibitionis, vel ex ca. enormi l. rationi, aut cum donatio revocatur ex causa ingratitude; potestas vero resolutio n. tollit omnino conceptum venditionis, ut loquar cum Papin. in l. Si patroni. S. S. actiones. S. ad Trebell. Sublato vero conceptu tituli, aut contractus retroceditur dominum nunquam ei in Emptione fuisse translatum, sed imo semper penes venditorem manere, et ab eo nunquam dici commine; illa vero differentia tradita a D. Menchaca inter pactum additionis, et commissio- num, quam vetuli num. 42. fivola, et fivili ere adeo, ut respiratione n. egeat: Manet q. ex huius resolutio contractus ipso iure dominum ad venditorem reddere abique ulla emptori traditione =

N. 48.

Sed quando in superioribus semper in t. in d. l. 4. de rei vindic. incidimus, ut eam penitus explicemus, totus enim est de pacto additionis in diem, ejus verba sic se habent: Siquis hac lege emerit, ut n. alius meliorem conditionem attulerit, recedatur ab emptione, post allatam ditionem jam n. potest in rem actione uti, sed et si in diem addictus sit fundus, antequam adjectio sit facta, uti in rem actione poterit, postea n. poterit, statim se offert difficultas; quaeritur enim quid inter priorum, et posteriorum specierum intuerit, si in utraque et additio in diem, et ipsidem verbis conventio facta proponatur. Resp.



cum Accusatio, quem sequitur Anton. Faber in ejus tōu Rationali, primam pportionez accipiendam esse de re mobili; posteriorēz vero de immobili; ipsa etenim Verba ostendunt in 2. parte tractari de fundo: q. in l. de re mobili tractari; et q. cum de rei vendit. aliqua simpliciter loquuntur Cui, de re mobili semper intelligunt; nam in rei mobilei magis proprie cadebat illa vindicationis formula, quae in Iure apud Praetores usurpabatur: hanc rem, et cum rei mobilei facile ad Praetores induci, vel fieri possunt; immobilei vero n. possunt, sed tantum parti aliqua plebz, vel coemencoruz, quae totum fundum, aut edificium representaret, ut late, et erudite ostendit Oruald. lib. 2o. Comm. Donell. cap. 1. lit. A. Sed tunc merito quaerit: Cui q. adicit Vlp. mentionēz de fundo in diem adjecto, postquam de re mobili in diem adjecto locui fuit? Resp. cum Fabio ea rat. adjectaz fuisse ab Vlp. fundi mentionēz, q. difficilius videri possit, ut emptor fundi in diem adjecti denuerit esse Dnū fundi post allatam melioze conditionēz, quam emptor rei mobili; solet enim facilius et Dnū, et pvenioze reruz mobilium amitti quam mobiliuz, ut probat tōi. in l. unica. C. de Vrucap. transform. p. Inst. de Vrucap. l. Si rem mobilem. d. l. Peragru. 42. §. Vlt. de acq. poss. Sed tamen in specu d. l. nulla differe. ē. inter rem mobilem detractam sub pacto additionis in diem, et rem immobilez, quoniam eadem ratio Iuris est, cum de dominio rei per dventionez aut amittendo, aut acquir. tractatur, et haec ē. Vera, et genuina tōi.

N. 49.

Ultimus Resolutionis effectus ille est, quod Resolutio contractu emptori adversus Venditorēz dperit actio ex empto, ut pretium restituat, qui ei pra numeravit, sicut et sumptus necessarios, quos in rem emptam fecit medio tempore d. l. h. h. Nec enim Equum est, nec ex bona fide, ut emptor ex rem amiserit, et pretium. l. Bona fidei. 50. de action. empti. Unde et Retentio rei competit, ut n. prius rem, quam emit restituere Venditori teneatur, quam fuerit ei pretium restitutum. argum. tōi. in l. Iulianus. 13. §. offerri. 8. de action. empti, si etenim, cui actionem damus, et Retentionēz multo magis debet habere. l. 1. §. Si autem. de Superficie. l. Invenit. 156. §. 1. de Reg. Iur. Haec vero actio ex empto competit t. emptori contra Venditorēz, n. vero contra pveniozem emptorem, qui meliorem conditionēz attulit. l. Vbi h. tit. Cuius rei est Ratio: Pactio personalis, quae nascitur ex contractu, n. sequitur singularez successorem, cum nihil contractum est. l. Vlt. §. Vlt. de Contrah. Empt. l. 1. §. Haec. 16. ad Trebell; at nullus contractus innatus est inter t. et t. emptorem. q. Nulla actio t. emptori contra t. danda est, sicut nec t. emptori competit actio ex empto ad petendam rem contra t. emptorem, sed solum contra Venditorēz. Hinc tamen sent. illam limitationem addit Papin. in d. l. Vlt. h. tit. nisi delegatio Iure stipulationis in ea posita sit; tunc enim posterior emptor liberatur a Venditore, et obligatur t. emptori ex. Regula tōi. in l. penult. de Novation. cum similib.; potest enim circa delegationēz in posteriorem emptorem prior agere ad pretium, si posterior constituerit, se esse ei solvendum pretium, licet tunc non fiat novatio. l. Vbi qui. 28. de Condit. pecun. Potest enim Venditor priori emptori cedere actionem ad pretium contra posteriorem emptorem, vel dari ei nomen illud solvendum; et tunc etiam licet novatio ex eo n. contingat. l. 3. C. de Novation. potest prior emptor adversus posteriorem experiri. docet Cusac. lib. 15. Respons. Papin. in d. l. Vlt. hoc tit. Addit et alium casum Accusivi, quo putat, pone t. emptorem contra t. ad posteriorem experiri, in subsidiuz scilicet si venditor solvendo non sit. argum. tōi. in l. Si in causa. 2. C. quando fidei, vel preced. 88. Sed fallitur; Nam quod debitor solvendo non sit, n. sufficit, ut creditor debitoris sui debitori possit convenire. Nec contrariuz probat tōi. in d. l. 2. Nam ut recte docet Cusac. in l. 3. C. de Oblig. et action. procedit, cum condemnato debitore ab executoribus rei iudicata nomen debitoris pignori capitur, quod Iure fit. l. Etiam. 5. C. de Except. Rei iudic. tunc enim Ratione pignori recte potest creditor experiri adversus rei debitoris debitorēz. l. Nomen. 4. Cod. Quae rei pign. l. Si convenit. 18. de pignori. act. Idemque etiam libenter procedere forebit in terminis nri tōi. in d. l. Vlt. Si eadem ponatur specier. Quibus tractari nostri extrema limina tangimus.



Laconicus Commentarius ad titulum  
 ~ de lege Commisoria ~  
 Caput Primum.

In quo quæ requirantur, ut lex commissoriam  
 ~ vires exerceat, investigatur ~

Num. 1.

Post expositum titulum de In diem additione otiosi forsan videri poterit præseni Com-  
 mentarius propter magnam affinitatem, et similitudinem, quam habet lex Commisoria cum  
 pacto additionis, nisi in aliquibus proprium quoddam, et separatim Ius sibi lex Commisoria  
 vindicaret, quod solum illustrandum suscipio; adjiciam tamen quaedam, quæ communia sunt  
 Verique pacto, in terminis tamen legi Commisoria Consulti disputaverunt. Lex ergo Commisoria  
 ut jam Veri ipsam apprehendamus, nihil aliud est, quam pactum resolutivum in Venditionibus  
 adhiberi solutum, hac formula, Vel alia simili conceptum, ut si ad diem pecunia soluta non  
 sit, Res sit incepta. l. Cum Venditor. 2. l. 4. l. 5. h. tit. habita fide de precio dominium rei  
 vendita, et tradita transferatur in emptorem. l. Quod vendidi. 19. l. 53. de Contra henda  
 Empt. 5. Vendita. 4. Inrit. de Ver. divi. ne probabilis causa rescindenda Venditionis ori-  
 atur ex eo, quod pretium emptor statuta die non persolverit. l. Ea condit. 12. de Rescind.  
 Vendit. adducta Venditor sibi prospicit advenit perficiam, aut moram emptori, ut si forte  
 post habitam ei fidem de precio, in eo tamen solvendo die statuta ceuaverit, contractus  
 resolvatur, et rei vendita dominium reddat ad Venditorem, perinde ac si ab eo nunquam  
 receivisset. Dicitur vero hæc lex commissoriam, quia se ipsam committat sola culpa, aut ne-  
 gligentia emptori n. solventis, hæc aliquod n. positivum alicujus fundamentum tanquam  
 factum exigat, in quo dicitur a pacto additionis in diem, quod tertij alicujus additio-  
 nis desiderat, et ideo commissoriam dici n. potest, ex quo intelligimus, quam ridicule Ho-  
 thom. et ejus Auctores existimaverint, legem Commisoriaz dum dicimus, pactionem inte-  
 lligimus, quam id circò unam esse ex Romanis legibus a Populo rogari Senatorio Magi-  
 stratu interrogante; legem enim commissoriam dicimus, dum pactionem intelligimus, quam id  
 circò commissoriam appellamus, quia juxta cujuslibet conventionis Ius, hoc est ut legem det  
 contractui. l. 1. 5. Si convenit. 6. Depositi. l. 23. de Reg. Jur. l. Legem. 10. C. de Pactis. inferitur  
 etiam quam inepte Cusac. et alij pactum legi Commisoria dicant; Nam cum lex ipsa  
 Commisoria nihil aliud sit, quam pactum, ut diximus, perinde est ac si pactum  
 pacti commissorij appellarent. Dicere itaque semper debemus, legem Commisoriaz,  
 aut pactum commissorij, non pactum legi Commisoria, docet Faber in Rationali ad  
 l. 1. hoc tit. et decad. 24. error. 1. =

Num. 2.

Pactum hoc commissorium ideo in Venditionibus ad-  
 mium esse ex sent. Papin. lib. 3. Responsi. scribit Vlp. in l. Julianus. 12. 5. Ibidem. 26. de  
 Action. empt. quia in eo fœdus illicitum n. contrahitur, sed lex contractui n. impro-  
 bata dicitur, ad differentiaz pacti, in quo conveniret, ut ad diem n. solutum precio du-  
 batur dicitur, ad differentiaz pacti, in quo conveniret, ut ad diem n. solutum precio du-  
 plum Venditori præstetur, quod ideo non admitti docet, quia cum legi ultimaz Viraz  
 excedat in fraudem constitutionuz adducitur, in quo cum Papin. et Vlp. omni C. S.  
 Schola convenit. Verum ingens inter eos fuit controversia, an scilicet emptio cele-  
 brata sub pacto commisorio pura esset? ut constat ex l. 2. 5. Sabinus. 3. Pro emptore.  
 l. Qui. 11. 5. Si ita. 13. cum anteced. Quod vi, aut clam; quare Vlp. decidit lib. 28. ad  
 Sabin. in l. 1. hoc tit. in cuius exposit. non immerito; Omnia enim, quæ circa emp-  
 tionez celebrataz sub pacto additionis in diem disputavimus, in comment. ad titul.  
 ff. de In diem addic. integro cap. 1. an pura esset, an conditionalis o procedunt etiam  
 in emptione legi commissoriam contracta. Videamus igitur, quæ requirantur, ut vigore  
 pacti hujus commisorij contractus resolvatur? Et quidem si intra diem præstatur emptor  
 plenum solverit Venditori, perinde contractus confirmatur, ac si nullum pactum ei  
 fuisset insertum; si vero emptor fidem fessisset, id pretium intra diem statuz vendi-



tori n. solvitur, lex commissoria sui exerceat vires, et contractus resolvitur, perinde ac si  
nunquam intercessisset. Circa quam rem notandum est, contractum n. resolvi potestate legis com-  
missoriae, et in eo die, in quem pretij solutio collata est, pretium solutum non fuerit, sed eo de-  
mum transacto, in quem solutio collocata est; Nec enim certum est, eo die pretium solutum  
esse, priusquam is dies praeterierit; itaque totus ille dies arbitrio emptoris tribui debet.  
Quae doctrina pendet ex eo Iuris nostri principio, quo docemur, tempus adjectum in con-  
tractu pro res, n. pro creditore esse. l. Cum tempus. 11. de Reg. Iur. et ex obligatione in die  
collata n. Recte agere creditorem, nisi partes omnes adjecti temporis praeterierint. l. Quae  
hoc anno. 42. de V. O. l. Secta. 40. Veri. Igitur, et Veri. Sed cum sortis. de Reb. cred. 52. In 2. de V. O.  
et 5. 16. In 2. de Inutil. stipulat. quod locum habet generaliter in die adjecto causa representanda  
solutionis. l. Liber homo. 118. 5. 1. de V. O. aut etiam causa multiplicanda obligationis. l. Cum qui. 56. 5. 1. de  
V. O. l. 20. quando dies legat. 5. 3. In 2. de V. O. quibus casibus tempus n. pro debitore, sed imo pro credi-  
tore adjectum. docet Donell. in d. l. 42. de V. O. num. 5. inde facto argum. ab obligatione in diem  
contracta ad contractus resolutionem in diem conceptam, apparet, quod licet pactum commissorium  
venditori praecipue causa adjectum. d. l. 2. 5. 3. et 4. 5. eleganter. 2. h. 2. tamen cum negari non  
possit, diem solutioni adjectum pro emptore fuisse, nimirum solutionis differenda causa, lex committit.  
Vires suas n. exerceat, nisi transacto toto illo die, in quem pretij solutio collata fuit =

**Num. 3.** Illud circa hanc partem observatione dignum  
est, quod docet Marcell. in l. 2. de Divers. et tempor. scilicet quod siquis fundum ea lege vendiderit, ut  
non in diebus 30. pretium esset solutum, fundus inemptus sit, si forte anno eo bissextum fuerit, dies  
intercalaris emptori non proficit; Nam licet cum bissextum Kalendis est biduum, habeatur pro  
uno die, posterior est, dies intercalaris insuper habetur. l. Cum bissextum. 98. de V. S. tamen hoc solus  
procedit in tempore legitimo, quod augetur die intercalarij, uti in tempore Invocationis, et in actioni-  
bus, quae finiuntur certo tempore, seu temporali, et in tempore constituto iudicatis, n. Veri locum  
habet in tempore conventionali, in quo biduum n. accipitur pro uno die, ut contingit in tempore  
adjecto a contrahentibus pacto commissorio; Aliter enim leges, aliter contrahentes tempora  
supputant. Quam differentiam inter tempus legitimum, et conventionale Cuius exprimitur in  
d. l. 2. de Divers. et tempor. ut docet Cusac. in d. l. 98. de V. S. Huius differentiam ratio pendet ex  
eo; Nam quod biduum accipitur pro uno die cum bissextum Kalendis est ex littera ita-  
tim resultat; itaque quando legitimum tempus augetur intercalarij diei, nihil mirum  
est h. cum contrahentes tempus praescribunt solutionem pretij. 30. dixerunt, tempus hoc  
non augetur die intercalarij, nec consequens diei intercalarij proficere potest emptori;  
Nam Revera licet bissextum Kalendis sit, duo sunt dies, nec ulla est ratio, cur in per-  
niciem venditoris biduum illud pro uno die accipiat, imo ex ipsa conventionem, quae pro lega-  
servatur, constat, contrahentes tantum 30. dies praefinire, nec inter eos biduum pro uno die  
computari voluisse =

**Num. 4.**

Die ergo statuto transacto, si emptor pretium n. perolverit, ipso Iure  
contractus resolvitur, nec adhuc ulla venditoris interpellatio requiritur. d. l. 4. 5. 16. h. 2.  
nam conditiones negativa implentur ipso n. facto, statim ac deit posse fieri id, quod fa-  
ciendum erat ad stringendas conditiones. l. 16. de Condit. in 2. l. Mucianae. 7. de Cond.  
et Dem. atqui conditio legis commissoriae negativa est, si intra certum tempus pretium  
solutum n. erit, nec admittit emptorem ad solvendum pretium post tempus constitutum aij.  
ip. in l. Thau. 41. 5. Intra certa. 12. de fidei comm. libere. l. Si inter. 23. de stipulab. p. cum  
post elapsum tempus n. possit amplius deficere conditio, faciendum est salo lapsu temporis  
conditionem existeret, et quidem irrevocabiliter, ac proinde commissam esse legem vendi-  
tionis, tamen nulla interpellatio praecesserit, cum ea etiam n. praecedente n. minus Verum  
sit pretium intra diem constitutum nec solutum esse, nec amplius solvi posse, quomodo  
ad aliam rem arguit Secvola in l. Gallus. 29. 5. Vendendum. 14. de Liber. et posth. Dein-  
de notum est, diem ipsum interpellari pro homine maxime in paenalibus. l. Magnam.  
12. C. de Contrah. et committ. stipulat. l. Ad diem. 77. de V. O. g. cum lex commissoria  
paenalis sit, et efficiat, ut in paenam non soluti sua die pretij venditoris interpellatio, quae  
ipsa satis per venditorem interpellat, nec ulla exigitur venditori interpellatio, quae  
nimo tantum abest, ut interpellatio aliqua hoc casu necessaria sit, ut nec fieri ulla  
possit; nam ante diem solutionis pretij praeteritum praematura interpellatio est, quando-  
quidem nondum dies venit, quamvis cesserit. l. Cedere diem. 213. de Verb. Sign. d. l. 42. de  
V. O. 5. Si quis agenti. 33. Veri. Tempora. In 2. de Action. mora vero committi n. potest, ubi  
nulla peritio, et interpellatio est. l. Si pupillus. 127. de V. O. l. Nulla. 88. de Reg. Iur. post  
diem



diem vero legi Communionis praestitutum, si Venditor pretium petat, legi Communionis Renunciare intelligitur. d. l. 4. §. Eleganter. 2. l. 6. §. Vlt. h. tit. l. 1. Post diem eodem. Itaque interpellatio in hoc casu Venditori noceret ante diem, quia causa caderet. d. 533. In tit. de Action. post diem namque repugnaret, moram emptori, et contractus pro n. soluto haberi, et tantum dicitur, ut emptori noceat ad eum in mora constituendum: q. optimè asexum est, et lapso statuto die abique ulla interpellatione ipso Iure resolvi contractus, docet Faber d. l. 4. §. Vlt. hoc tit.

Num. 5.

Ex quibus venit intelligendum tot. in d. l. Sejui. Vlt. in prin. de Rescind. Vendit. ubi Sejui a Lucio Titio emit fundum lege dicta, ut si ad diem pecuniam n. persolvitur, Res inempta fieret, Sejui parte pretij praesenti die soluta defuncto Venditore filij ejus pupillari aetatis tutor cum alij datus est, et nec cum tutoribus pretium secundum legem numeravit, nec Variationibus tutela retulit. Quae Scavola, an resolvarur Venditio, et secundum ea, quae proponerentur, resolvit, et respondet. Cujus decisionis ratio ea est, quod scilicet Excusare emptores, eundemque debitores n. potest, quod a tutoribus conventus non fuerit, cum ad evitandam potentat legi communionis n. debuerit expectari, interpellatione, sed ultro pretium offerri tutoribus, quibus accipiendae solutione jureerat. d. l. 4. §. Vlt. Nec illud excusare poterat emptor, quod censuris tutoribus n. poterit contra se ipsum agere. l. Nec cum filio. 16. de furti; Nam praeterquamq. contra se tanquam tutor agere non debuit, qui tanquam emptor offerri tutoribus debuit, constat etiam quod tamen tutori nulli fuerit, ipse tamen a se ipso tanquam a debitore, et sibi ipse tanquam tutori solvere debuit; teneur enim praestare ex sua persona id omne, quod adversus alium quemlibet praestare teneur. l. Tutor. 69. de fidejussorib. imò et plus, nam adversus alios experiri sine actione non potest. l. Si pupilli. 6. §. Vlt. de negot. gest. adversus se potest. l. Quoties. 2. §. Et generaliter. 3. de administr. tutor. itaque recte respondit Scavola, iustam fieri emptionem propter potentatem legi communionis docet eleganter Faber in d. l. Vlt. de Rescind. Vendit.

Num. 6.

Si ergo emptor vult legi communionis potestate liberari inter conventum tempus pretium offerre, et solvere debet, nulla expectata Venditori interpellatione, si Venditor solutionem accipere velit d. l. 4. §. Vlt. h. tit. Ceterum si Venditor solutionem ab emptore oblata accipere recuset, non ineleganter dubitatur, an sola oblatio emptori sufficiat, ut lex communionis vires suas non exerceat, an vero necessaria obignatio. Ad cuius questionis solutionem sciendum est, in quo ab oblatione differat Obignatio, et qua sit utraque potestas. Et quidem tunc fit oblatio, cum debitor totam rem venditam representans solvere separatim ostendit tempore, et loco opportuno testibus adhibitis, ut ex eorum avertione, et dispositione constet integram summam offerri; creditor vero oblata pecuniam sine causa accipere recusat, cuius iura obligationum vi, quantum rei oblata stat, debitor nullo modo liberatur. l. Illud. 17. de Periculo, et Commod. excepta causa libertatis. l. Vlt. C. de Condict. inext. et penit. publicat. l. 1. C. de Sucept. Prag. et Archaz. lib. 10. si vero pecunia oblata perierit sine dolo, aut culpa debitoris, licet oblatione non facta non liberetur. l. Incendium. 11. C. Si cert. petati liberatur debitor in contractibus stricti Iuris per exceptionem doli; in contractibus vero bonae fidei ipso Iure. l. Qui decem. 12. in prin. de Solution. itaque liberationis causa non tam est interitus (qui quantitati nullus est) quam secuto interitu oblatio, et mora creditorum, quam ei nocere aequum est. l. In condemnatione. 113. §. Vnicuique. 2. de Reg. Jur. hac obtinent in pecunia ex obligatione debita; si vero praestanda sit quantitas ex conditione sibi oblata, cuius implendae causa n. accipitur, conditio pro impleta habetur. l. Celus. 23. de Recepti ejus implendae causa n. accipitur, conditio pro impleta habetur. l. Celus. 23. de Recepti arbit. l. Aliena. 20. §. Vlt. de Pignor. act. l. Si perire n. stat. 9. C. de Viur. d. l. Vlt. C. de Condict. inext. cum alij, n. tanquam pecunia soluta, q. n. debeatur, sed quia oblatio tamen iusta n. subit vicem solutionis, sed quia tunc pro impleta habetur conditio, quoties stat per adversarium ne impleatur. l. Iuri civili. 24. de Cond. et Dem. l. In iure. 161. de Reg. Jur. docent Donell. lib. 16. Comment. cap. 13. per totum, ubi Omnia. per omnes literas. Faber decad. 22. errore 5.

Num. 7.

Cum itaque non aliam vim habeat sola oblatio pecuniae, si vellet debitor, statim omni molestia custodia, et metu difficultatum futurae solutionis liberari remedium ei constitutum est, quo adhibito plenam consequitur liberationem invito creditore. Nam oblatio



pecuniaz solemniter obligavit, liberatur ea obligatione, quae vicem perit solutioni. l. Si  
Obligatio. 9. C. de Solutionib. solemnia vero obligationum haec sunt, ut precedat obligatio. l.  
Debitor. 2. de Vuz. et requiritur totius pecuniae debita obligatio, id est ut in saculuz, aut certam  
imittat, et huius clavis signorum impositio, ita ut aperiri non possit, nisi a motu signi. l. 1. §. Si  
pecunia. 36. Depositi. Deinde exigitur depositio, scilicet ut debitor obligatam pecuniaz deponat  
tuto loco. l. 28. §. Vlt. de administrat. tutor. id est publicis aedibus, nempe sacris, in quibus mo-  
re Romano pecunia publica privata custodiri solebant, quarum cura aedibus mandata  
erat, aut alio loco a Magistratu constituto. l. Acceptam. 12. C. de Vuzat; itaque obligatio  
proprie abolutione accedit, dum pecunia non pene debitorem manet sola oblatione facta,  
sed creditor quando vult, consequi potest, et per consequens re adhuc obligata stante  
debito ipso iure ab obligatione liberatur. d. l. 9. C. de Solution. d. l. 12. C. de Vuzat. docet  
Donell. d. lib. 16. Comment. cap. 14. ubi Orinaldus per omnes litteras; Ex quibus apparet, pecuniam  
oblatione non modo sufficere ad adimplendam conditionem, si forsitan pecunia sit ex con-  
ditione praestanda, sed apparere obligationem, inquam liberationem pecuniae ex obligati-  
one debita instat solutioni, et in eo ab oblatione differre, quo dum rei oblata stat,  
nunquam debitorem liberat, licet ad implendam conditionem sufficiat, cum pecunia ex  
conditione est praestanda, ut antea dixi.

N. 8.

Ex his principiis dicendum est cum Donello  
d. lib. 16. cap. 19. solam oblationem emptori sufficere ad implendam potestatem legi com-  
missoria, neque necessariam esse obligationem, cum venditor pretium ab emptore oblatum  
accipere recuset. Cujus rei ratio est ea, conditio illa resolutiva emptoris si pretium in-  
tra certum diem solutum non fuerit, rei inepta sit, includit contrariae conditionem, scilicet  
licet si pretium intra diem statutum solutum fuerit, rei empti maneat; sed haec conditio  
exiit pecunia oblata, ex quo pro impleta habetur conditio, postquam per venditorem  
steterit quominus solutionem accipiat. ex regula tui. in d. l. 24. de Cond. et Demort.  
Ergo cum per solam oblationem pretij deficiat conditio resolutiva emptoris, et per consequens  
exiit contraria conditio resolutionem impediens frustra ad impediendam potestatem  
legi commissoriae exigitur obligatio. Rursum licet solutio pretij non in obligatione quo-  
ad permanendam venditi obligationem, est tamen in conditione, ut contractus perfectus  
maneat, aut resolvatur; sed oblatio licet non pariat liberationem pecuniae debita ex  
obligatione, parat tamen implementum conditioni, quoties pecunia est ex conditione  
praestanda, ut dixi num. 6. ergo licet oblatio pretij facta ab emptore non perimat ven-  
diti obligationem, tamen inducit defectum conditionis resolutionem impediens. Vlti-  
mus assumptum probatur ex d. l. 24. de Cond. et Dem. cum similibus, in quibus si fundus  
fuerit alieni legatus sub conditione dandi decem haeredi, si is oblatam pecuniaz accipere  
recusaverit, conditio pro impleta habetur. Tunc sic: Quomodo verbum solvere exigit  
dominuz in accipientem transferri. l. Si quis alienam. 46. de Solution. sic et verbum  
dare. §. Si itaque. 14. Inst. de action. sed conditio dandi pecuniaz in d. l. 24. impletur per  
solam oblationem: §. pariter conditio solvendi pretij, quae impedit potestatem legi commi-  
ssoriae, et sic contractus resolutionem per solam oblationem impletur. Idem probatur ex d.  
l. Celus. 23. §. fin. l. Arbitr. 40. de Recept. arbitr. ubi pena, quae ex compromisso litigato-  
rum respondens, si arbitri sententiam non paruerint, per solam oblationem evitatur: §. pariter  
legi commissoriae pena per solam oblationem evitatur. Deinde conducit tot. in d. l. Si per  
te. 9. C. de Vuz. ubi si, qui sortem, et minores vuzas debebat, promittit majores sub con-  
ditione, si minores non solvunt intra certum tempus, mox obulat minores vuzas, qui  
creditor accipere recusavit, quaevis Imperator, an oblatio haec efficiat, ut non commi-  
tatur majorum vuzarum stipulatio. Et respondit, debitorem a minorum vuzarum presi-  
tatione sola oblatione non liberari, nisi eam secuta fuerit obligatio, quia scilicet  
minores vuzae ex obligatione debebantur, verum eam esse oblationis vim, ut efficiat,  
non majorum vuzarum stipulatio committatur; quia cum praemissa fuerint sub con-  
ditione si minores non solvunt debitor sola oblatione inducit defectum conditionis.  
Deinceps doctrina haec probatur ex l. Qui Romae. 122. §. Seja. 5. de V. O. cuius haec  
est vera species: Marci unius tutori transactione solo pacto facta cum haerede pu-  
pilla majorem partem solvit, et reliquam promittit, et vuzas sub condit. si intra  
certum



certum diem soluta non erit, hæret pupilla transactione negavit servare, et tutela  
 egit, et victus provocavit, et tam à Principe, quam à Iudice irrita provocatio pronunciata est  
 propter exceptionem transactionis oppositam. l. Si ve apud. 38. C. de Transactione. hæret tueris  
 obulat pecuniam, quam creditor accipere recusat, quæritur, an iura debeantur. Et resp.  
 Scævola n. debent. Et rectè, quia sicut ius est in obligatione per se, est tamen in conditione  
 rei iuratur, obligatio vero inducit defectum conditionis, sub qua fuerunt iura promissa, sic  
 acurè hunc tom explicat Schifozedè. lib. 2. ad Anton. Fabr. tract. 12. per totum, et præcipue  
 quæst. 2. Tejecti interpretationibus, quas tradunt Cusac. in d. l. 122. S. S. Donell. et Duarenus  
 ibidem, et alij. idem ergo in terminis pacti commissorij dicendum est. Rursum expendo tom  
 in l. 2. C. de Pact. inter emptor et venditor. ubi si adjectum fuerit pactum de retrovendendo  
 sub condit. Si intra certum diem, seu tempus præteritum restituerit venditor emptori, condi-  
 tio habetur pro impleta per solam obligationem, ita ut post elapsum tempus præfixum venditor  
 potest experiri adversus emptorem, ut retrovendat. Explicat Anton. Fabr. de errorib. deca-  
 de. 22. error. 6. §. et conditio impediens legi commissoriam potestatem per solam obligationem im-  
 pletur. Tandem idem probatur ex tom. in d. l. 4. S. Vlt. hoc tit. ubi ait Cui, emptorem, si velit  
 se legi commissoriam potestate solvere, debere pretium venditori offerre, nec meminisse oblig-  
 nationis: §. sola obligatio sufficit, nec requiritur obligatio.

Num. 9.

Contra hanc sent. tenet Anton. Fabr. decad. 22. error. 5. in fine, ubi existimat, obligationem n. sufficere ad impediendam potestatem  
 legi commissoriam, sed necessarias esse obligationes, pro qua sent. adducit Scævola in l. Mu-  
 licæ. Vlt. hoc tit. ubi mulier fundos Cajo Sejo vendidit, et accepti arha nomine certis  
 pecunijs statuta sunt tempora solutionis reliqua pecunia, quibus si non parasset emp-  
 tor pactu est, ut arham perderet, et inempti fundi euent, die statuto emptor restitue-  
 ret, se pecuniam omnem reliquam paratum esse nomine fisci solvere, et saculum cum pe-  
 cunia obligasse, defuisse autem venditricem posteriori die denuntiationis ei factam sui  
 nomine fisci, ne ante mulieris pecuniam solveret, quam fisco satisfaceret. Quæritur, an  
 resolvatur contractus? Et responderetur, n. committitur in lege venditionis emptorem secundum  
 ea, quæ proponerentur: §. præcipue obligationem desiderari ad implendam potestatem legi com-  
 missoria, nec sufficere obligationem. Consultus sent. Poterat et Anton. Fabr. suam opinio-  
 nem confirmare alij auctoritatibus, ut ex tom. in d. l. Acceptum. 19. C. de Vruu, ubi intra  
 series, seu nautices pecunijs ad poenam evitandam iuratur requiritur obligatio, nec suf-  
 ficere obligatio; atqui eodem iure tenet, et pari pari ambulant tria genera poenarum tra-  
 jectitia scilicet, et pecunia promissa, vel commissoriam l. 23. de oblig. et action: ergo  
 et ad evitandam potestatem legi commissoriam etiam requiritur obligatio, et etiam ex tom.  
 in d. l. Si a te. 7. C. de Pact. inter emptor et vendit. ubi si ita fuerit pactum adhibetur, ut si  
 intra certum tempus soluta fuerit data quantitas, rei sit inempta, si emptor sic subtrahat  
 obligationem, depositionemque remedio, uti venditor debet ad impediendam pacti potesta-  
 tem; cum tamen quantitas non ex obligatione, sed ex conditione euet præstanta. Am-  
 plius tom. in l. Nec creditores. 10. C. l. 9. S. Vlt. ff. de Pignor. act. d. l. 19. C. de Vruu. l. Si  
 priusquam. 8. C. de Distract. pignor. in quibus ad hoc ut extinguatur pignus, n. sufficit  
 debita quantitas obligatio, sed exigitur obligatio; cum tamen licet quantitas sit in  
 obligatione principali, est in conditione respectu pignori, quod extinguitur sub condit.  
 si quantitas, pro qua obligatum est, soluta fuerit creditor. l. Si rem. 9. S. Omni. 3. de  
 Pignor. act. §. pariter obligatio non sufficit ad implendam conditionem impediendam resolu-  
 tionem contractus. Expendi etiam potest tom. in l. 2. de Iure Emphyt. ubi aseritur, Em-  
 phyteuticarius, qui per triennium canonem, seu penonem n. solvere Emphyteuta, Emphy-  
 teum amittere, nec canonis obligationem sufficere, sed obligationem desiderari, ut poena  
 caducitatis evitetur: §. pariter ad evitandam poenam legi commissoriam n. sufficit obligatio  
 pretij facta ab emptore, sed exigitur obligatio.

am N. 10.

Verum hæc tantum sunt, ut notam sent. quam fundavimus, deieramus. Non ergo obstat tom. in d. l. Vlt. hoc tit. Nam resp. ex



sent. Anton. Fabri sibi contrarij in hujus t[em]p[or]e Rationali, obligatione vim solutionis  
n[on] habuisse, quod n[on] inferri ex eo, quod obligatio tunc habet vicem solutionis, cum facta est  
post recusat[em] sine causa solutione a creditore. d. l. 12. C. de Vruz. et in specie proposita n[on] fuit  
solutio venditori oblata, quae abest; nam etiam abente creditore potest obligatio fieri.  
l. Si creditor. 6. C. de Vruz. sed ex eo potius, quod post hujusmodi obligationem sit, Resp[on]d[et].  
Cum n[on] inuicibiliter denuntiatio emptori fieri tanquam adhuc debitori, ne mulierem  
solueret pecunias, quin fisco satisficeret; Quae tamen denuntiatio esset inuicibilis, si jam  
emptor esset liberatus, sicut nec contra eum cedi hoc casu actio poter. l. Modestinus. 16.  
de Solutione. l. 1. C. de Contrario iudicio tutela. §. obligatio in specie t[em]p[or]e in d. l. 12.  
vim solutionis n[on] habuit. Sed tunc merito quaerit, cui obligatio n[on] habuit vim soluti-  
onis? Resp[on]d[et]. quod ad hoc ut obligatio habeat vim solutionis abente creditore necesse  
est Magistratus interpellari. l. 6. C. de Vruz.; argui emptor n[on] interpellatus Ma-  
gistratus abente venditore. n[on] ergo potuit obligatio vim solutionis habere: itaque licet  
obligatio ut pote minus solemniter vim solutionis non habuerit, emptor n[on] commisit in  
legem venditionis, quia per venditorem abentem scire quominus pretium ei intra dies  
prescriptum solueretur, quod sufficit ad evitandam legi communiore poterat. d. l. 4. §.  
Vlt. hoc tit. ut inferri dicemus. Nec etiam obicit t[em]p[or]e in d. l. 12. C. de Vruz.; Nam licet  
ibi aseritur, penam trajectitiam, seu nauticam pecuniam evitari obligatione pecuniae, n[on] tamen  
negatur evitari etiam per solam obligationem, cum poena compromitti sola obligatione eviteretur.  
l. 23. §. fin. de Recept. arbitr. quae eodem Iure habetur cum poena nautica pecuniae, et le-  
gi communi. d. l. 23. de Oblig. et act. Eamque esse sententiam Imperatorum ex eo probat; Nam  
etiam auerit, debitorum post obligationem pecuniae posse liberari periculo; Nec tamen ex eo  
negat, solam obligationem sufficere, ut debitor pecuniae oblata periculo liberetur, cum hic  
sit praecipuus obligationis effectus. d. l. 12. de Solutione. ut dixi num. 6. §. pariter licet  
debeat, trajectitiam pecuniam poenam per obligationem evitari, n[on] tamen ex eo inferri, solam  
obligationem ad id non sufficere. Eadem doctrina intelligenda est t[em]p[or]e in d. l. 7. C. de Pactis in-  
ter emptor. et venditor. ubi dicitur quidquid dicat Anton. Faber de errorib[us] Pragmat. decad. 25.  
error. 2. n[on] 10. Ex abundantia fit ab Imperatoribus mentio depositionis, et obligationis;  
itaque licet auerant, obligationem parti poterat impedire, n[on] tamen ex eo negat, solam  
obligationem sufficere ad evitandam pacti in ejus t[em]p[or]e ratio vim, et poterat =

N. 11.

Nec etiam obicit argumentum deducum ex d. l. 10.  
C. de Pignori. act. cum similibus. Cui ut respondeam, fateor Equidem cum Oruald. d. lib. 16.  
Comment. Donell. cap. 13. lit. R. obligationem, et depositionem requiri, nec solam obligationem  
sufficere, ut extinguatur pignus ad inducendam actionem pignoratitiam, aut adimendam  
creditori pignori distrahendi facultatem, ut expresse probant t[em]p[or]e in argum[ent]o. Expensum  
n[on] scilicet Oblatam in iudicio facta fuerit; quippe si debitor ante solutionem egerit  
pignoratitia actione, et in iudicio pecuniam offerat creditori, rem pignoratitiam consequatur,  
ut diverse scriptum est in d. l. 12. de Pignori. act. abnuadum enim esset rei pignoratitiae  
restitutions creditorem in iudicio recuare; quia sine iusta causa pecuniam in iudicio obla-  
tam accipere recusat, quod et probat t[em]p[or]e in d. l. 12. de Pignori. act. Aliena. Co. §. Vlt. de Pignori.  
act. Certum est etiam pignus extinguere sub illa conditione, scilicet si pecunia soluta fuerit  
creditori. Verum haec conditio non adicitur ex conventionem contrahentium, sed potius  
inet contractu pignoratitio ex ipia lege, et natura rei, quemadmodum et conditio solvendi  
canoni, ut simul dissolvamus argumentum deducum ex d. l. 2. C. de Iure Emphyt. inet  
Emphyteuticum n[on] ex contrahentium conventionem, sed potius ex Canonis Imperatorum consti-  
tutione, quae hunc contractum formam praescribit; Maximum vero discrimen venit  
inter conditionem solvenda pecuniae adjectam ex Voluntate, et conventionem contra-  
hentium, quae per solam obligationem impletur, ut constat ex Iuris C[on]suetudinis num. 8. quia  
hoc actum creditur inter contrahentes, ut conditio pro impleta habeatur eo ipso, quod cre-  
ditor oblata pecuniam accipere recuset, et inter conditionem solutionis, quae ipia lege inet



Contractus; hæc enim n. impleretur per solam obligationem, tum quia requiruntur quoddam est potius quam conditio; tum etiam quia contrahitur ex lege solutionis, ubi solam obligationem intelligimus, non obligationem, quæ solum habetur pro solutione quoad implementum conditionis ex voluntate contrahentium, quæ non attenditur ex huius, quæ in propriis legibus contractibus insunt; Unde recte solam obligationem n. sufficere ad extinguendum pignus, et penam caducitatis evitandam legi Communiore potestate.

Cum igitur sola pretij obligatio impediat contractus resolutionem, post elapsam diem potest pretium petere Venditor, de cuius præstatione emptor liberatus non fuit, et si interpellatus emptor pretium n. solveret, licebit Venditori legem communiorem exercere, tum quia non videtur ablata pecunia, quæ non durat Oblata. Argum. d. in l. Si pro Patre. fo. 6. Verum. 6. de In rem verso. Tum etiam quia mora hæc emptori, ut potest posteriori ei nocet, et moram Venditori emmendat. ex regula d. in l. 11. de Periculo, et commodo rei vend. Sed huic doctrina opponitur d. in d. l. 11. hoc tit. ubi post elapsam diem pecunia non durabit Oblata, siquidem emptor coactus fuit eam sine pignusolvere; et tamen Venditor n. potest legem communiorem exercere. Verum ut acute prævidet Anton. Faber in Rationali in præsentem, pecunia perit quodam modo sine culpa emptori post Oblationem, cumque Oblationis effectus sit, ut debitor pecuniæ periculo liberetur, ideo n. committitur emptor in lege Venditionis, licet n. fuerit a Venditore liberatus; quia non potest dici vere perijue pecuniæ, quæ debitore a pignus liberatione; Ex quibus inferitur, quod sola Oblatio evitat penam legi communiore, n. tamen liberat emptorem a pretij solutione, nisi pecunia Oblata sine culpa emptori perierit; Oblatio vero non solum contractus resolutionem impedit, sed et Venditori obligationem perimit; si vero emptor n. habeat, cui pretium offerat, forsitan quia Venditor absuerit, aut sine hærede deciderit, vel hæreditas ejus non dum addita sit, securus erit, et extra metum legi communiore. d. l. 5. Vlt. hoc tit. d. l. 23. de Oblig. et action. dum tamen testatus sit se solvere paratum d. l. 11. hoc tit. alioquin n. poterit apparere, an afferre poterit, aut voluerit. Adjicit ad hujus rei comprobationem d. in l. Pecuniæ. 9. S. de Vruis, in quibus legitimarum Vruarum stipulatio in eum carum adjecta, quo minorei Vruæ ad diem n. solverentur, n. committitur, si dies adveniret jacente hæreditate stipulanti, quia cum nullus sit, cui solutio fieri possit, nec per debitorem stet, quominus solvat, ejus temporis cessationem inculpata esse oportet. Aliud sane dicendum erit, si emptor sine hærede deciderit, aut ejus hæreditate jacente dies elapsus erit; tunc enim contractus resolveretur. Argum. d. in l. Ad diem. 11. de Verb. oblig. Vide D. Ortega in exponit. l. fin. de Nautico fœnore sect. 4. num. 19. et num. 8. ubi impugnat d. l. 11. de Nautico fœnore, ubi siquis promiserit pecuniæ aliam Vere certo solvere, et si ea die soluta n. fuerit, penam sponderit, etiam si dies stipulationi adjecta post mortem promissori jacente ipsius hæreditate veniat, nihilominus pena committitur, et recte quia pena promissa fuit sub condit. si pecunia sua die soluta n. erit; at quia solutam non esse Verum est quocumque modo factum sit sine stipulationis culpa quominus ea solveretur, proinde quicumque erit is casus, pena ex conditione committitur, cum in pena solum inspicitur, quæ sit quantitas, quæque conditio stipulationis. l. Stipulatio ita. 38. S. aliter de V. O. docet, et prosequitur Donell. in d. l. 11. de V. O. idem ergo de pena legi communiore dicendum est.

Verum opponi potest difficultas Pauli de iuris in l. Vici. 18. S. de Vruis, ubi emptor, qui accepta re convenit pretium ad certum diem solvere debuit, si adveniente die pecuniæ obtulerit Venditori, Venditor autem sine justa causa solutionem accipere recusavit, ad Vruas pretij condemnatur, nisi pecunia Oblata fuerit, licet Venditor in certo hærede, et successore deciderit, aut ejus hæreditas nondum addita sit; emptor tamen n. poterit legi communiore potestate evitari, nisi pretium Oblata fuerit. Resp. tamen quod licet ad adhibendas hæreditates, quæ ex mora debentur, n. requiratur Oblatio, tamen singulari quodam Jure receptum est; Nam alio emptor, cui res tradita est, ponet curam Vruarum impedire, quam si pretium

N. 12.

N. 13.



Obsignaverit; quia tamen ex causa Emptionis accepta re vendita, et tradita per actores  
nè aliòquin eveniat, ut eodem tempore et rem, et pretium emptor habeat; Venditor vero  
et re, et pretio careat simul, quod utrumque perinde absurdum est. l. Julianus. ff. de Ven-  
niunt. 2o. de action. empta. l. Curavit. ff. de eod. tit. Constitutam vero solam obligationem, n.  
vero obligationem efficere, ut pretio non fruatur emptor, unde merito Vnus debet, Vique-  
dum pretium obignet, et si venditori incertus sit hærere, aut succedere, docet Cusac. lib. 3.  
Respons. Pauli in d. l. 18. ff. de Vnum, Faber decad. 22. era. 5. Schifordop. ad eundem tit. 2.  
tract. 26. quest. 5. non idem inducimus, cum agitur de vitanda vi pacti communi; nam  
cum pretium sit in conditione, sola sufficit obligatio presente venditore, aut eo abiente  
rei. 2. n. fo. motu. ex d. l. 7. C. de Pact. inter emptor. et venditor. hinc enim tot. eo modo  
accipiendus hinc etiam est, quo eum explicui num. 10.

N. 14.

Intra conjunctum utraque tempus  
Emptor pretium solvere, aut saltem offerre venditori debet, ut evitet legi communi.  
potestatem; post elapsum enim prescriptum diem resolvitur contractus, nec revolutio  
impeditur ex eo quod emptor venditori pretium offerat, ut in terminis stipulationis  
penalis trajectiva pecunie nomine respondet African. in d. l. 23. de Oblig. et action.  
Cui obicit l. Si post dies. 8. Siqui caution. ubi si qui in iudi. cetera die pro-  
mittit, etiam si post diem suum agendi potestatem faciat, dummodo actori Ius ex  
mora deterior factum n. sit, defenditur per exceptionem. Sed tamen ut optime adve-  
rit Cusac. tract. 5. ad African. in d. l. 23. de Oblig. et A. n. fuit subjecta stipulatio pre-  
nalis in sen. tot. in d. l. 8. sed quatenus ea rei est; quæ quidem stipulatio iudicio  
sitet, ut pote prætoriam interpretationem recipit ex mente Prætorii. l. In conventioni-  
bus. ff. de V. O. Prætor vero cum hanc stipulationem imponi jubet, non id agit, ut promi-  
torem damno afficiat, sed ut stipulationem indemnet servet; damnum autem vel nu-  
llum, vel certe non magnum in mora modici temporis; quapropter cum ex mora pro-  
mittenti Ius actori deterior factum n. sit ex æquitate Prætor etiam post paucos di-  
es secum agendi potestatem faciens defenditur per exceptionem. Aliud vero procedit in  
stipulationibus conventionalibus ex d. l. 23. docet Anton. Faber in Rationali d. l. 8. Siqui  
caution. Hæc omnia procedunt, cum in revolutiva conditione diei adjectus est, trac-  
tat hanc questionem citatam à sect. 3. per totam, quod si lex communi dicta fuerit  
n. adjecto die, veluti si pretium solutum n. fuerit, vel inempta sit, n. ante viam eme-  
rit, quam venditor egerit, et legem contractus fuerit cum emptore n. quidem rei vendi-  
ta recipienda causa, ut falso existimaverunt Cusac. ad African. in d. l. 23. et Orinald.  
lib. Comment. Donell. cap. 13. l. 2. C. quippe ad rem venditam recipiendam n. poterit vendi-  
tor experiri, nisi soluto contractu, ut constat ex l. 9. hoc tit. Contractus vero revoluti non  
potest, priusquam verum sit, pretium solutum n. esse, sed potius pretij petendi causa; poterit  
enim tunc venditor pretium petere, cum sit in obligatione, quod si emptor interpellatus  
n. solverit, resolvitur contractus. argum. tot. in l. Ira stipulatus. ff. de V. O. ubi si rem con-  
cepta fuerit stipulatio Pamphilum dabo, si Pamphilus n. dederit, centum dabo, committitur  
tunc stipulatio penalis simul ac promissor interpellatus Pamphilus n. dederit, quia ut ait Do-  
nellus in d. l. 15. n. 26. in prima Pamphili stipulatione hoc actum est, ut Pamphilus confestim  
daret, sed intra id tempus, quod iudicatum indulgetur. l. Si debitor. ff. de Iudic. l. Si Dnus.  
ff. de In pecunia. 2. deleg. 1. l. Quod dicimus. ff. de Solution. et in penalis hoc etiam agi  
intelligitur, ut si n. dederit Pamphilum promissor confestim ac fuerit interpellatus, ut  
ex procedenti stipulatione eum dare convenit, committitur centum stipulatio, sic pariter  
eum dare, et pretio convenit inter contrahentes hoc agitur, ut re tradita à venditore, emp-  
tor confestim pretium solvat, et per consequens in lege communi hoc agi intelligitur, ut  
si emptor pretium n. solverit, confestim ac fuerit interpellatus, ut ex contractu dare oportet,  
contractus resolvatur. Verum adhuc venditori interpellatione poterit emptor legem Com-  
muni evadere, si pretium offerat, antequam debitor litem moveat, vel cum eo contestetur.  
arg. tot. in l. Qui Romæ. ff. de Flavius Hermet. 2. de V. O. l. Si Inrulam. ff. de V. O. l. Quod  
tamen. ff. de V. O. cum l. Seq. ff. de Recept. Arbit. dummodo venditori Ius deterior factum n. sit;



post legem vero contestatam vera obligatio est. docet Cusac. d. ad African. d. l. 23. de Oblig. et Act. Conducunt quae tradunt Cusac. in d. l. 8. et Donell. in l. Si sexvum. ff. de Sequitur. 3. de V. O. =

Aliquando tamen accidit, ut intra prefixum diem emptor venditori pretium non solverit, tamen n. resolvatur contractus propter voluntatem contrahentium, a qua legem contractus accipiunt, ut in eleganti serie tōi. in l. Ut. S. Emptor. l. de Rescind. Vendit. ubi emptor praedictus cum suspicaretur Tueriam, et Semproniam ei controversiarum moturas, factus est cum Venditore, ut ex pretio aliqua summa apud se remaneret, veluti cautioni, aut pignori loco, donec ei fidejussorem venditori in casu cautionis daret, deinde eam legem venditor inseruit, ut si ex die pecunia omnis soluta non esset, et venditor ea praedia venijue nollet, invendita essent; Venditor litigare coactus de adversariis aliam mulierem separavit, cum altera transigit, ita ut sine ulla quaestione emptor praedia possideret, cumque nec venditor fidejussorem dedisset, nec venditor secundum legem omnem pecuniam suis diebus solveret, quaerebatur, an praedia invendita essent? Et eleganter respondet Scavola, quod cum convenisset, ut n. prius pecunia solveretur, quam fidejussor venditori causa daret, nec per emptorem stitueret, quominus ei fidejussor daretur, n. potest posterior legis pars Exerceri. Quibus Verbu decidit, legem Commissionariae vires n. exercere, et eam hujus decisionis rationem assignat in contractibus omnibus, maxime vero in emptoribus inspicendum sit, quid actum sit. l. 6. S. l. de Contract. empt. qua dignoscitur ex clausularum omnium, et circumstantiarum, quae negotium contingunt, conventionem; Una enim clausula per aliam interpretanda est, et plerumque posterior per prioram. l. Verum autem. C. de Perit. haeredit. atque in proposita specie apparet, mentem illam contrahentium fuisse, ut primum emptor propiceretur, ne summa, quae apud se maneret ex pretio prius solvere cogeretur, quam fidejussor ei de Evictione, aut indemnitate datus esset: q. quod posteriori conventionem placuit, ut ad diem pecunia omni soluta non esset, praedia essent invendita, non aliam interpretationem accipere potest, quam ut ita demum invendita essent, si fidejussor datus fuisset. Consequenter patet; Nam prius est ordine naturae intellectui, et temporis, ut pecuniae solvenda dies, et necessitas venerit, quam ob non solvitur pecuniam solvere, priusquam fidejussor datus esset, qui prior datus nunquam fuit: q. nec potuit posterior conventionem pari exerceri, quae ad legem Commissionariae exercenda pertinebat, nisi proponeremus per emptorem stituisse, quominus fidejussor daretur, quo probato habendus esset ex regula tōi. in l. Omnibus. 39. l. In jure. ff. de Reg. Jur. ergo cum proponat Scavola, nec fidejussorem a venditore datum fuisse, nec per emptorem stituisse, quominus facium esset, merito docet, legem Commissionariae locum non esse. Verum sic aliquis replicabit: Causa dandi fidejussorem ob controversias, quae a Numeria, et Semproniam timebatur, fuit finita post vicem alterarum, et transactionem cum alia celebratarum: ergo cum jam venditor n. teneretur fidejussorem dare, et emptor omnem pecuniam sua die solveret, omnino resolvi debuit contractus. Respondeo tamen, causam dandi fidejussorem finitam non fuisse, nec enim fidejussorem dandi conventio ad personas Numeriam, et Semproniam restricta erat, sed simpliciter convenerat, ut fidejussor evictionis nomine daretur, qui etiam circa eam conventionem dari ex Iuris ratione debet, quoties imminet periculum evictionis. l. Habitationem. ff. de Periculo, et commodo Rei Vendit. l. Si post perfectam. C. de Evictione. Itaque controversia, quae timebatur a Numeria, et Semproniam solum fuit causa impulsiva conventionis dandi fidejussorem; causa vero generalis evictionis fuit finalis, cumque impulsiva solum causa cessaret, adhuc obstrictus maneret venditor ad dandum fidejussorem, nec ante emptor fuit obligatus ad pretij solutionem. docet ita Antonius Faber in Rationali d. l. Ut. de Rescind. Vendit. =

Num. 15.

N. 16.

Extra hunc casum verum est, resolvi contractum legi Commissionariae, si emptor intra finitum diem pretium n. persolverit, sive major, sive minor sit viginti quinque annis, hoc tamen inter majorem, et minorem observato discrimine, quod major et n. maxime pretium post diem offerat, n. evitat pacti potestatem, minor vero potest implorare in integrum restitutionis beneficium, si probaverit suam inter esse rem, quam emerat, haberi pretio convento, ut expresse probatur ex difficillimo tōi inferius exponendo in l. Amilius Laureanus. 38. Veri. Putabant. de Minoribus ubi i deo evicti-



mabat Paulus, Pupillam, quæ intra diem præfixum in lege Communiaria præteritum non perfol-  
verat, nec in integrum restituendum, quod Pater ejus, non ipsa contra verat: quod supponitur, quod si ipsa  
contraxisset, posset abique dubio in integrum restituendum, quod suadet generalis regula, qua docemur  
in integrum restitutionem concedi minoribus inconvulsa ætatis facilitate deceptis, vel lapsis. Deinde  
hoc ipsum probatur ex l. Si emptionem 35. de Minoribus. ubi minor, qui rem emerat sub pacto ad  
dictionem in diem quoque additione pretij ab alio facta se vinci passus fuerat, in integrum  
restituenda, si probet sua interesse rem emptam habere, et post diem legis Communiariae elapsum  
minor poterit restituere in integrum, si probet sua interesse rem emptam habere. Convincit  
etiam ab argum. tot. in l. 3. S. Et hæc. ut instituitur. de Minoribus. ubi filius fam. minor hæc  
instituitur sub condit. si à Patre in diebus centum esset emancipatus, si Patrem, qui eum eman-  
cipasset, non recusaverit, cum post elapsis centum diebus in integrum restituatur: quod minor pote-  
rit in integrum restituere post elapsum legis Communiariae diem. Verum quæritur, an post  
novam Justinianam constitutionem in l. Vlt. C. In quibus causis in integrum restituere. necess. non sit,  
qua cautum est, ex quibus causis minores restituere temporaria præscriptio hodie  
nil nocere eis præscriptio advenit eos curere necessaria sit minori in integrum resti-  
tutio, si post elapsum diem legis Communiariae rem emptam velit habere. Et quidem dicendum  
est, eam constitutionem solum ad legales præscriptioes pertinere, quæ cum ex rigore Juris  
proficiantur, et odiosa sint advenit minores, non curere ex æquitate Justin. statuit,  
non vero ad conventionales, quæ hodie etiam advenit minores currunt; itaque hodie etiam  
minor in integrum restitutioni beneficio post elapsum diem pacti Communiariae docet Dua-  
ren. in d. l. fin. C. In quibus causis in integrum restituere. necess. non sit.

N. 17.

Quæritur etiam, an ma-  
jor viginti quinque annis, qui cum Republica causa abest, pretium rei emptæ venditori  
intra diem pacto communiario præfixum non perfolvit, poterit reverari imperare in inte-  
grum restitutionem ex edicto Ex quibus causis majores? Et quidem videbatur posse. argum.  
tot. in l. Julianus. 17. S. l. Si quis Titio. 44. l. Si quis stipulatus. 43. Ex quibus causis major. ubi  
si Titio absente Republica causa relicta fuerit legatum sub condit. si mortui testatoris  
tempore esset in Italia, aut annis singulis quod in Italia esset reverari legatarius in  
integrum restituatur, ut legatum capiat, perinde ac si Republica causa non defecisset, sed  
semper in Italia fuisset: quod pariter major, qui Republica causa abest, pretium non perfolvit,  
post diem reverari poterit in integrum restituere. Sed tamen dicendum iudicio, cum non esse  
in integrum restituendum; tum quod cum sit, qui sub lege Communiaria emerat, poterit domi Procu-  
ratoris relinquere, ut pretium numeraret, cum abientia in Italia. l. Sed et. 26. S. l. Ex quibus  
causis major. Tum etiam, nam et si Procuratoris relinquere non poterit propter subitam, et  
inopinatam abentiam, tamen poterit adhuc abiens pretium solvere ejus solutionem alicui  
committenti, vel assignare, aut saltem coram Iudice, et testibus testari, et separatim preti-  
um solvere, deesse autem venditoris. argum. tot. in d. l. Vlt. h. tit. quapropter si nihil ho-  
rum fuerit, sponte committit in lege venditionis, quemadmodum et committit, et si Repu-  
blica causa non abfuerit, et per consequens furtiva petit in integrum restitutionem; nam id,  
qui Republica causa abest in ea re læsus, in qua etiam si Republica causa non abfuerit,  
damnum erat passus, non restituatur. l. I. qui Republica 44. Ex quibus causis major. Nec  
tunc obstat tot. in d. l. 17. S. l. d. l. 44. et 43. eod. tit. Nam Resp. ibi in integrum restitu-  
tione absentis Republica causa advenit defectum conditionis, et temporis lapsum, quia dam-  
num passus fuit propter abentiam, quod si abiens non fuisset, non pateretur, cum conset,  
conditionem illam, si mortui testatoris tempore esset in Italia, ideo solum defecisse, quod  
hoc tempore abiens erat Republica causa, itaque juxta hæc si abentia ei damnum  
afferat, merito in integrum restituatur; at conditio resolutive emptionis, quæ sitit  
abiente Republica causa emptore, stituerit similiter et si abiens non fuisset, prinde  
cessavit restitutio. ex regula tot. in d. l. 44. Ex quibus causis major =

N. 18.

Vidimus jam quando  
resolvatur contractus pacti communiarii potestate, nunc videamus, an semel resolutio  
contractu teneatur venditor legem communiariae exercere? Et dicendum est, quod resolutio  
contractu venditor si velit possit legem communiariae exercere, non vero in vi ad ea cogitur  
l. Nam lege. 3. hoc tit. quod duplici ratione probat Pompon. in l. Cum venditor. 2. hoc tit.  
Ratio hæc est: Totum id, quod in lege Communiaria continetur venditori causa, et favore



favore caveatur, ut colligitur ex fine conventionis, quae tota in utilitate creditorum pecunia ei solvenda comparata est; sed certi juris est licere unicuique huius, quae pro se inducuntur, renuntiare. l. Si Iudex. 41. de Minorib. l. penult. C. de Pactis. §. resolutio contractuum venditor legem commissoriam, si velit, exercebit, non etiam invitum. Secundam rationem inducit Consultus ab iniquo, et absurdo hoc modo; Si resolutio contractuum venditor non potest praeterire petere, sed praesens teneretur legem commissoriam exercere, eveniret, ut si res vendita intra diem legis commissoriae periret, periculum ad ipsum spectaret, non ad emptorem, ut liquet; arguit absurdum est, ut contracta emptione periculum rei vendita, et maxime tradita permaneat ad venditorem, ut constet ex integro titulo de periculo, et commodo rei vendita. §. Cum autem. Inst. de Vendit. §. ne in hoc absurdo incidamus, dicendum est resolutio contractuum liberum esse venditori legem commissoriam exercere, aut praeterire petere. docent Donell. dicit. lib. 16. cap. 16. Anton. Sabex in Rationali d. l. 2. hoc tit. Nec ex hoc inferat aliquis non asexere resolutionem contractuum adhuc post elapsum diem pacti pendere ex arbitrio, et voluntate venditoris, ut falso existimavit Donell. ubi nuper, nec imponimus in venditoris voluntate contractuum resolutionem, quinimo aseximus resolutionem ipso Iure fieri, sed hoc dicimus esse in voluntate venditoris legem commissoriam exercere; nam licet resolutio fieri sit, ut jure fieri potuerit, tamen legem commissoriam exercere facti est, non juri; quod autem facti est, voluntatem exprimit facientis, nec quinquam praesens cogitur uti Iure suo. §. quamvis sine facto venditoris venditio ipso Iure resolvatur, non tamen cogitur venditor legem commissoriam exercere, nec hoc jure nostro novum esse; nam multa sunt huiusmodi, quae ipso Iure fiunt, nec quominus huius factum hominum requirunt, exemplum est in compensatione, quae licet ipso Iure fit, tamen naturaliter fit, quin supponatur. §. In bona fidei. 30. §. Compensationis. penult. Inst. de Action. Sic pariter dicimus, rei legata dominum transire in legatarium ipso Iure. l. Legatum. 80. de leg. 2. et tamen non transire minori legatario ubi acquiritur esse velit. l. Si tibi homo. 86. §. 2. de leg. 1. ita Sabex in Rationali d. l. 3. hoc tit. Dicit aliquis, quod cum emptionis contractus vero citroque obligatorius sit, absurdum est, ut rei vendita inempta fiat, si venditor voluerit invito emptore; non potest autem inempta fieri, si emptor velit invito creditore. argum. tot. in l. Si Vena emerit. 6. de Periculo, et commod. Rei Vend. ubi si quis Vena emerit exceptus accidit, et mucedus, et si ei expediat, accida quoque, et mucedus habere, tamen non potest, quamvis ea emptorii favore fuerit excepta, namque invito emptor accipere non cogere, iniquum est, non permanente venditore sibi habere, vel alij vendere. Verum respondeo, ideo ibi accida, et mucedus habere non potest, quia excepta fuerunt, ac per consequens non vendita, cum non possit videri venditum, de quo nominatum actum est in vendendo, ut a venditione exciperetur. l. Qui fundum. 40. §. fundi. 3. l. In lege. D. de Contrah. Empt. Itaque exceptio, licet sit apposta in favorem emptorii, totam tamen venditionem afficit, et minuit ex utraque parte. Pactio vero commissoriam in favorem solius venditoris adjecta prodere emptori non debet, nec venditori invito nocere, cum nova afficiat ex utraque parte venditionem, sed ex parte solius venditoris. docet ita Anton. Sabex in Rationali ad rom. in l. 6. de Periculo, et commodo Rei vendita.

N. 19.

Statim §. ac commissa lex est, statueret venditor debet, utrum commissoriam velit exercere, an potius praeterire petere, ut ex Papin. scribit Ulpianus in l. Si fundus. 4. §. Eleganter 2. hoc tit. ubi tamen verbum illud statim cum aliquo temperamento accipi debet, id est intra modicum tempus arbitrio Iudicis. argum. tot. in l. Promissor. 21. §. 1. de Constit. pecun. docet Oruald. lib. 16. Comment. cap. 19. lit. D. sed retenta ei electio haec conceditur, ut utrumvisque elegerit; nam potest postea variare; si enim elegerit commissoriam, non poterit postea ad emptionem expenitentia redire, et e converso si velit uti emptione, non poterit ex post facto commissoriam legem exercere d. l. 4. §. 2. h. tit. Nam tota eligendi facultas prima electione consumitur, et Ius optandi prima emptione. l. Quod in haerede. 3. §. eligere. 1. de Tribut. act. l. Apud. 20. et passim. de optione leg. et ut ait Seneca lib. 4. Controver. non licet amplius quam semel optare, omni nimia potentia saluberrime brevitate restringitur, alioquin videntur leges



Ludibrio esse ei, qui beneficium Iuris, quo semel usus est, abiciat, ut aliud eligat, quod prius abiecerat. l. Vl. §. Vl. C. de Bonis quae liberis. Deinde de hoc quod dicimus, eligendi facultatem prima electione consumi, maxime locum habet, cum vel electioni locus est inter contraria, et incompatibilia; electo namque remedio non necesse est hoc ipso repudiari alterum, quod contrarium, et incompatibile est. l. Nonnunquam. §. de Collat. bonorum; atqui fieri non potest, ut venditor et legem Commisoriae exerceat, et pretium petat; qui enim legem Commisoriae exerceat, supponit, venditionem reolutam esse; qui vero pretium petit, supponit venditionem Valere, et tenere; Contradictoria autem ista non venditionem Valere, et tenere: §. eleganter Papin. resp. statim ac venditionis lex commissa est, statuere venditorum apud se debere, an Commisoriae exercere velit, an potius pretium petere, nec posse Commisoriae eligendo postea Variare. docet ita, et explicat Anton. Faber in Variationali d. l. §. 2. h. tit. Ex quibus inferitur, quod si post diem venditor petierit, licet non accepit. l. Post diem. §. h. tit. tantum enim potest sola petitiō, quantum acceptio, ut legi Commisoriae renuntiatio venditor intelligatur, cum id ex solius venditionis animo, et voluntate pendeat, non ex consensu emptoris. Idemque etiam est, et si non ipsum pretium venditionis, sed pretij iuris tantum petierit. l. Commisoria. §. C. de Pact. inter emptor. Conducunt ab argum. tōd. in l. Sed et. l. 25. §. Item si rem. §. Veri. Certe si minori. de Verit. heredit. l. Si homines. §. Quoties. 2. Depositi. l. Si procedente. §. §. Mandati. l. Nihil intererit. §. de Inoffic. test. fieri ergo nullo modo potest, ut ad utrumque venditor agat, siue simul, siue separatim, cum eligens contradictoria non sit audiendus ex vulgari regula tōd. in l. C. de furtis. Similis quidam casus proponitur in l. Si emi. §. Mandat. ubi si servus ab extraneo emi, aut manumitti mandavit, et post emptorem emptor non manumittat, comperit Dno agere mandati cum emptore, ut servum reddat, quem non manumittit, vel ex vendito, ut solvat pretium servi, utraque actione experiri non potest, quia contrariae sunt actiones mandati servum emptorem fieri actione ex vendito manere emptum vult, et adimpleri soluto pretio; contradictoriae itaque actiones nec simul, nec separatim ponimus in iudicium deducere =

N. 20.

Sed tamen venditorum posse legem Commisoriae exercere, et pretium petere ex eo videbatur probari, quod contradictoriae actiones ponunt in iudicio deduci: §. poterit venditor legem Commisoriae exercere, et pretium petere. An probati ex tōd. in l. In rei communis. §. cum leg. sequenti. Pro socio. l. Si mandaveris. §. Si tibi centum. §. Mandati. l. 3. C. Depositi. l. 29. ff. eodem, in quibus admittitur concursus actionis furti, et actionis mandati, si Procurator in exequendo mandatorum furtum Dno fecerit, et concursus actionis furti, et Depositi, vel Pro socio, et additur unam actionem alteram non consumere; cum tamen actio furti, et actio mandati, aut Pro socio contradictoria sint. d. l. C. de furtis. Idem probatur ex l. Servus meus. §. Commod. ubi si servus rem Dni scienti nolle dominium sibi accommodare, commodaverit, Dno comperit commodari actio, et actio furti, et conditio furtiva. faciunt tōd. in l. §. Qui autem. §. Quod legator. l. Naliter. §. de Acquir. pōn. l. Contra. §. C. de Inoffic. test. in quibus videmus, actiones contradictorias posse simul in iudicio deduci: §. pariter nil prohibet, venditorem reoluta contractu legem venditionis exercere, et pretium petere. Tandem fortius auctum probati ex Novela. 110. Imper. Iustin. cap. Si vero. §. in qua statuitur, Emphyteuticarius, qui in solvendo Canonem Ecclesiae per biennium cessaverit, posse expelli, et licere Ecclesiae simul biennij Canonem exigere, et Emphyteuticarium expellere: §. et licet venditori reoluta contractu legem Commisoriae exercere, et simul pretium petere. Verum adhuc tenendum est, certissimum Iuris nostri principium esse, actiones contradictorias nec simul, nec separatim in iudicium posse deduci. Nec aliud probant tōd. in argum. Experi



Expensu. Non tñ. in d. l. 45. cum seq. Pro Socio. d. l. 22. S. 1. Mandati. d. l. 3. C. Depo-  
 siti; Nam respondeo in illis casibus ñ. pugnae actionem furti cum actione mandati, Pro  
 Socio, aut Depoñti; Vtrique enim improbat factum Procuratoru, qui rem Dño animo celandi  
 conrectavit, aut Socij, qui rem communem celandi animo amovit, aut Depoñtarij, qui pecu-  
 nia deponea sine deponeñti voluntate vius est, et actio mandati, Pro Socio, aut Depoñti  
 rem persequitur; furti vero actio poenam: itaque cum hæ actiones adveare competant, et  
 alias contradictoria ñ. sint, merito possunt in judicio deduci. docent eleganter Cusac.  
 in Recitat. ad tr. in d. l. 1. C. de furti. Nec etiam obstat tñ. in l. 14. Commod. qui feze  
 in specie cum d. l. 1. C. de furti, pugnae videntur; Nam omnia Accusij, et Sabri in  
 eo tñ. solutione, dicendum est, Dñum posse et furti et Commodari agere, nec unam actio-  
 nem per alteraz consumi; quia ñ. ibi hæ actiones ñ. repugnant. Verum dicit; Dño agendo  
 Commodatum ratum videntur habere commodari, sicut agendo mandatum videntur ratum  
 habere mandatum in d. l. 1. C. de furti, et in l. Si servus alienus. 66. de fidejussorib. ergo  
 sibi contrariu est, qua probat commodari agendo commodari, et qua improbat agendo  
 furti, et per consequens ñ. est audiendus, si vtrique judicio agere velit. Resp. species esse  
 diversa, et in d. l. 14. Dñum agere commodari ex contractu servi, ut rem suam recipiat,  
 non ut periculum factum comprobet; in d. l. 1. Dñum agere mandati, non ut pecuniã  
 suam recipiat, sed ut mandatarium mandatum impleat, et fundum datum servo  
 empro restituat, quo facto ratum habet id omne, quod mandatarium cum servo ge-  
 mit, quod et accidit in d. l. 66. Si vero Dñus solum ageret mandati, ut pecuniã suam  
 reciperet, ñ. prohiberi agere furti. Cui doctrina opponunt Advearij tñ. in l. Si  
 ñ. cui commodari. It. de furt. ubi si Commodatarius rei commodate furtum com-  
 mitteret, si furti actum fuerit, ipso Jure commodari actio extinguitur; si vero com-  
 modari actum fuerit, per exceptionem elicitur actio furti: q. actiones hæ contradic-  
 toria sunt, et una electa consumitur altera. Respondendum tamen in d. l. per actio-  
 nem furti ñ. significari actionem poenalem in duplum, aut quadruplum, sed conditio-  
 nem furtivã, ut in l. Cum furti. 9. de In litem jur. Nam furti actio est genus. l. Cum  
 qu. 14. S. qua lei. 16. de furt. cujus duæ sunt species, furti actio ad poenam, conditio fur-  
 tiva ad rem, quar actum fuerit, actio Commodari ipso Jure perimitur, quia Vtrique est  
 rei persecutoria, et Commodari actio, cum sit bona fidei, inest doli mali exceptio, ut eaz  
 opponi necesse ñ. sit. l. 21. soluto matrim. cum Pul. sed si prius actum sit commodari,  
 conditio furtiva, ut sit stricti juris, ñ. perimitur, nisi opponita sit exceptio doli mali.  
 Quæ eadem doctrina traditur in l. Qui servum. 34. S. 1. de Oblig. et Actioñ. Ex quo etiam  
 infero, Cum per actionem furti intelligere conditionem furtivã; ñ. alias subin-  
 telligeret actionem furti poenalem, et doceret, eam ñ. posse cum Commodari actione in-  
 judicium deduci, quia essent contradictoria, cum semel commodari actum esset, non  
 auerere, et doli mali exceptionem necessariã esse ad movendam actionem furti; nam  
 ex duabus actionibus contradictorijs, quarum una sit bona fidei, altera stricti Ju-  
 ris, induituri una electa, altera ipso jure perimitur, quin opus sit aliquaz excep-  
 tionem opponere. d. l. 1. C. de furti: q. cum adhuc post electam commodari actionem doli  
 exceptionem exigat Consulat ad submovendam furti actionem, per eam, ñ. poenalem  
 actionem, sed furtivã conditionem intelligit, et aserit, quod cum Vtrique sit rei  
 persecutoria, una per alteram consumitur vel ipso Jure, vel ope exceptionis, ita Cu-  
 jac. in d. l. 1. C. de furti, et lib. 16. observat. cap. 12.

N. 21.

N. 22.

Deinde non obstant tñ. in d. l. 1. S. 4.  
 quod legator. d. l. 16. C. de Inoffic. testam. d. l. 12. S. 4. de acquir. possen. Nam resp.  
 duas actiones contradictorias recte in iuris sub alternatione, et adhibita prote-  
 ctionis, ut judicij videbitur actorem esse contentum, ex altera tantum consequi sententiam,  
 si incertum sit, quæ potius actio teneat, quod ex æquitate ratione receptum est, ut et  
 in d. l. 1. S. 4. si legatarius sine voluntate hæredi rem legatar occupaverit, ñ. hæres incertus



sit, quo titulo possideat i, qui rem occupaverit, pro hærede, aut possessore, aut pro legato, potest cum eo agere petitione hæreditariâ, et interdictione Quod legatorum, cum tamen hæc iudicia sint contradictoria; Nam qui agit interdictione Quod legatorum fatetur, adversarium iusto titulo possidere, sed pro possessore, ut prædictum, vel pro hærede; qui vero agit petitione hæreditariâ, negat, adversarium iusto titulo possidere, sed pro possessore, ut mala fidei possessore, vel pro hærede, ut falsum hæredem; sed tamen protestatio hoc verum intentioni corrigat; tenetur enim hæres pro testatore se esse contentum ex altero tantum iudicio consequi sententia; sic patet in d. l. 16. idem simul dici testamentum nullum, et agit querela inofficiosa testamenti, non tamen sine protestatione, et alternatione, ut hac, vel illa via ad ius suum perveniat. Nec obstat tot. in d. l. 12. S. 1. Nam ideo ibi n. denegatur interdictione Vt possideris ei, qui coepit rem vindicare, licet hæc iudicia contradictoria sint, cum is, qui agit, rei vindicationem adversarium possidere fateatur; i. vero, qui experitur interdictione Vt possideris, n. possidere dicat; nec non videtur possessioni renuntiare, qui rem vindicavit; et enim qui rem vindicat, hoc iudicio agit, tanquam n. possessor adversus possessorem, n. tamen sic agit eo nomine, ut possessionem, si quam habet, aut se habere compexerit, penitus abiciat, et vindicatio non renuntianda, sed advocanda possessioni comparanda sit, quoniam et in Domicilio incertus sit, de possessione poterit uno, eodemque tempore apud eum Iudicem adhibita protestatione experiri rei vindicatione, et interdictione Vt possideris. docet Cusac. in d. l. 1. C. de furtis, et in l. 12. S. 1. de acquir. posses. at vero cum legem Communiorem exercere, et pretium petere sint contradictoria, et resoluta contractu ulla dicitur incertitudo ex parte venditoris, quæ locum faciat protestationi, evincitur precise, venditoris nec simul, nec separatum, nec simpliciter, nec cum alternatione, aut protestatione posse utrumque petere, aut alterutrum, sed unum tantum; aut enim legem Communiorem exercere bit, aut pretium petere, ita ut post factam electionem amplius variare n. possit.

N. 23.

Nec tunc obstat ultimum argumentum ex d. Novela 120. c. 8. Cui respondet Anton. Faber in Rationali in Rubrica Cod. de Iure Emphyteut. Num. fin. quod si Dñi possessionem debitorum, postquam in pœnam commisi incidit Emphyteuticarius receperit, licet per eam receptionem n. intendere se Iuri suo renuntiare protestetur, nihilominus n. poterit expellere, aut rejicere Emphyteuticarium. Argum. tot. in l. 2. h. tit. In Ecclesiastica tamen Emphyteut. Ius singulare constituit Iustinian. in d. Novela, ut scilicet Ecclesia possit Emphyteuticarium, qui in Canonum solutione per biennium cessaverit, expellere, et præterea diversis biennij possessore adhibita protestatione petere. Verum ex adverso Magni Cusac. cui libenter subscribo in l. 2. C. de Iure Emphyt. docet dominum ex dicit. Novela posse uti Iure communi. Expulsio Emphyteutico, et præterita possessione eam gane, et Ecclesiasticum Emphyteuticarium, sed solum quoad temporis definitionem, ut scilicet si Ecclesiasticus Emphyteuticarius per biennium in Canonum solutione cessaverit, cedat in pœnam commisi. d. l. 2. C. de Iure Emphyt. maxima vero adesse differentia inter pœnam commisi, et legem communiorem, etenim n. pugnat scilicet cum Dño, qui utens jure communi, expellit Emphyteuticarium, et simul præteriti temporis pensioni exigat; namque cum Dño pensionem præstare tenetur Emphyteuticarius pro rata temporis, quo constituerit, Emphyteuticus proculdubio pensionem triennij debentur Dño; nec intereat, quod Emphyteuticus expungatur; Nam præstantur pro eo tempore, quo Emphyteutico fundo functus fuit; itaque quemadmodum Emphyteuticarius expulsus n. tenetur fructus restituere triennij, sic præstare pensionem Dño præstare tenetur pro toto triennio; at vero resoluta contractu potest legem communiorem ob n. solutum sua die pretium, si venditor velit, legem communiorem



Exercere, pretium petere non poterit; Nam ex contractu nullo, et Resoluto pretium deberi non poterit. Nec dici poterit pretium praestandum esse in compensatione fructuum medio tempore perceptorum Resoluto contractu empti fructus omnes medio tempore perceptos restituere Venditori tenetur, et omnes accessiones. l. Si fundus. 4. l. Sege. 5. hoc tit. ut sequenti cap. dicemus, et e converso si pretium petierit, n. poterit rem venditam recuperare, legem committentium exercere, cum sit abstinendum, ut pretium petat, et rem venditam repetat. l. Bona fides. 50. de actione empti. secum p. Venditor omnino pugnat, si et legem committentium exerceret, et pretium peteret, ut supra diximus, electio ei conceditur exercendi legem committentium, aut pretium petendum, et post factam semel electionem variare non poterit, nisi minor sit viginti quinque annis, qui sine electione laevi fuerit propter inconstitutam avari facultatem poterit variare impetrando in integrum restitutionis beneficium. argum. tot. in l. 7. §. Pompon. quoque. 7. de minoribus.

N. 24.

Exponendus est

celebris in hac legis Committentium contractatione Pauli locus in l. A. Milius Laureanus. 38. de Minoribus. ubi A. Milius Laureanus ab Obino fundum Rucilianum lege Committentium emerat data parte pecuniae, ita ut si intra duos menses ab emptione reliqui pretij partem dimidiam non solvisset, inemptus esset, etiam si intra alios duos n. esset, partemque pretij reliqui n. numerasset, similiter esset inemptus; intra duos priores menses Laureano defuncto Ruciliana pupillae avari successerat, cuius tutores in solutione cessaverunt, Venditor denuntiacionibus, donationibus, tutoribus saepe diebus post annum eandem possessionem Claudio Thelomaco vendiderat, pupilla in integrum restitui desiderabat vita tamen apud Praetorem, quam apud Praefectum Vibi procuraverat, Paulus iudicabat bene iudicatum, q. Pater ejus, n. ipsa contraxerat, ad Imperatori virum fuit, et potissimum ratio est, q. dies committendi in tempus pupillae incidisset, eaque rei fecisset, ne pareretur legi Venditori. Hanc rationem impugnat Paulus; ait enim, n. removeri, q. dies transierit postea n. magis quam si creditor pignus distraxisset post mortem debitoris die solutionis finita. Addit tamen ea probabiliori ratione possessionem pupillae in integrum restitui; quoniam Venditor denuntiando, et pretium petendo post legem committentium diem renuntiare videretur. Deinde duas alias rationes subiungit, quae Imperatores in eam moverunt sententiam, ut pronuntiaret, pupillam in integrum restituendam, quae prior fuit hac, quod lex committentium dupliciter ei; altera illa, quod priores tutores, qui restitui desiderarent, suspecti pronuntiatione erant, haec est integra tota series, quam percurare libet, tum ut plane percipiatur, tum etiam ut ex ea aliqua principia in superioribus jacta, quibus repugnare videretur, clarius intelligantur, putabat Plautius in ea specie, n. esse pupillam in integrum restituendam, quia Pater ejus, n. ipsa contraxerat, nec interire quod dies committenda in tempus pupillae incidisset; supponit itaque, ut ex hoc totum dicebam supra n. 16. quod qui minori rem emit sub lege committentium, adhuc post elapsum diem conceditur in integrum restitutio, negat tamen in proposito pupillae restitutionem competere, q. nulla est causa cui pupillo restitui debeat in ea re, de qua Pater ejus, n. ipse contraxerat; iniquum enim esset, cum, qui cum pupillo n. contraxerat, cogi pupilli pubertate expectare. l. 3. Quibus ex caus. in posses. eam; natura enim, vel substantia obligationis postea immutari ex persona successoris non poterit. l. 2. §. Ex huius. 2. de V. O. l. Si intra. 8. C. de non numer. a. pecun. Hanc rationem confirmat Paulus ex eo; nam contraxit etiam ob creditam pecuniam solutionem omittam in minorem n. restitui adveniens venditionem pignori defuncto contracti, licet dies solvendi in tempore minore incidisset. l. 2. C. Si adveniens venditionem pignori. quod omne pender ex eo, quod si concepta sunt Verba Edicti de minoribus, quod cum minore quam 25. annis natu gestus esse dicitur, utiqueque rei erat animadversio. l. 4. §. 4. l. 7. de minoribus. ut intelligamus, si nihil omnino gestum sit cum minore sive pupillo, sive adulto ille n. nullam sub bene causam indulgentiae restitutionis; atque in propria specie contractus cum defuncto iustus ita perfectus fuit, eo adhuc vivo, ut omnino superfuerit gerendum cum pupillo: q. non poterit pupillus in integrum restitui. Sic hanc Pauli rationem explicant Duaren. ad titulum. C. Si adveniens venditionem pignori. Donell. ad d. l. 2. C. u. fac. in d. l. 38. Faber in ejus

N. 25.

Ration. et de Errorib. decad. 25. error. 5. et 6. Hanc tamen Pauli ratio destruit, et Imperatori ratio ex sequentibus confirmari videretur; etenim sufficere ad indulgentiam restitutionem, quod dies committendi in tempus pupillae incidisset, probant sequentia Iuris



Testimonia in l. Filiofam. 49. §. In hac stipulat. 2. de Verb. Oblig. ubi in hac stipulatione nec per te, nec heredem tuum fieri, per heredem videri fieri, quamvis adit, et ignoret; Addit tamen Paulus, ipsum n. Videre per pupillam stare ex huiusmodi stipulatione si pupillus heres exit; atqui nemo negavit, contractus stipulationis cum defuncto in ritum, eo adhuc vivo fuisse perfectus; §. pariter licet in d. l. 38. contractus emptio cum defuncto in ritum eo adhuc vivo fuerit perfectus, sufficit tamen diem committendi in tempus pupilla incidere ad indulgendam restitutionem. Deinde ipse Paulus sibi ipsi adversarius; Nam lib. 1. Sentent. tit. 2. de Minorib. §. Minore docet, quod minor adversus distractiones eorum pignorum, aut fiduciarum, quas Pater obligaverat, si non ita, ut oportet, a creditore distracta sint, restitui in integrum potest, cuius contrarius n. minus dixerit Verbi in d. l. 38. ut suam sent. confirmet, et convincat Rationem Imperator ex tōi in l. Etiam. 45. de Minorib. ubi docet Calpurnius, minorem Verbi advenit eam Vucapionez, qua coepit adversus defunctum et impleta est adversus eum. Ex huius ergo omnibus dicendum videbatur, posse pupillam in integrum restitui in specie d. l. 38. et per consequens inefficacem esse Rationem, qua Paulus in integrum restitutionem denegabat. Verum adhuc ejus ratio ut Verissima defendenda est; Nec ei obstat predicti tōi in d. l. 49. §. 2. de V. O. Nam resp. cum Duareno ad tit. C. Si adversus Vendit. pignora. eam obligationem non esse hereditariam, nec habere ritum a defuncto, sed incipere a persona pupilla, non a persona defuncti in ipsum pupillum transferri; quia si facta fuit mentio heredes, et quamvis duas sunt stipulationes, nec per te, nec per heredem fieri, quemadmodum et dicimus, duas esse stipulationes, cum quis sibi, et heredi stipulatur Numfructum. d. l. 38. §. Sed si quis. 12. de V. O. Cumque pupillus sine tutoris auctoritate n. possit obligari. l. Obligari. 3. de auctoritate. Recte docet Paulus, n. videri pupillum stare ex huiusmodi stipulatione, si pupillus heres exit. Sed sic replicabitur: Ergo si obligatio haec incipit ab herede, nec in eum translata intelligitur, a defuncto n. debuit committi adversus heredem absentem, et ignorantem. Respondeo ex sent. Donelli in d. l. 49. §. 2. de V. O. quod quamvis haec stipulatio incipiat ab herede, tamen adversus eum committitur, ut defuncti, voluit autem ut committeretur non solum ut culpa heredi fieret, quominus stipulationi ire agere liceat, sed indistincte si per heredem id fecerit adhuc sine culpa. argum. tōi in l. 2. §. Item in factis. 5. de V. O. Itaque n. est inquiriendum, quid, quove animo heres fecerit, ut teneatur, sed quid defunctus de eo caverit, dum modo heres possit obligari; aliter enim si pupillus n. n. poterit adversus eum haec stipulatio committi; in d. l. Verō. 38. obligatio est hereditaria; qua ratione n. poterit ea pupilli heredis persona immutari.

N. 26.

Rursum non obstat alter Pauli locus d. lib. 1. Sentent. §. fin. Nam omnia solutione Duareni ad dict. tit. C. Si adversus Venditionem pignora. Resp. cum Cusac. in dicto loco Pauli, quod tōi. ille locum habet cum creditor non ut oportet pignora distrahit, id est non observatis hiis, quae in distrahendis pignoribus observari solent; tunc enim minor restitui potest adversus distractiones eorum pignorum, qua Pater ejus obligaverat; alioquin non nisi contra distractiones a proprio creditore factam ei datur in integrum restitutio d. l. 38. et d. l. 2. C. Si adversus Vendit. pign. Denique non obstat tōi. in d. l. 45. de Minorib. Nam licet Cusac. existimaverit, minorem ob omniam Vucapionez non esse restituendum adversus Vucapionez coeptam contra defunctum, licet complenda ejus tempus in minoris aetate incidere; fallitur tamen ex expresso tōi in d. l. 45. Cuius ratio est, quia nullus in hac specie contractus est in ritum a defuncto, cuius duntaxat negligentia intervenit in pariendo, ut adversus eum inchoaretur Vucapio, quam minor, idemque heres postea contra complexum passus est; in specie Verō d. l. 38. contractus in ritum fuit, et perfectus a defuncto, sic communiter docent Cusac. Pater in Rationali d. l. 38. et ad d. l. 45. Oruald. d. lib. 21. Comment. cap. 7. lit. §. multum §. intererit, an obligatio n. hereditaria, an a minore coeperit, cum de indulgenda restitutione tractatur. iuxta qua principia intelligendus est tōi. in l. Si creditor. 7. §. 4. de Distract. pignori, ubi quaeritur, an liceat debitori, si hypotheca venierit pecunia soluta eam recuperare. Et respond. cum distinct. ut si quidem ita venierit, ut si intra certum tempus a debitore pecunia soluta fuerit, emptio rescindatur, intra illud tempus soluta pecunia recipiat hypothecam; si vero tempus praeterierit, ut eo non pacto rei venierit, n. poterit rescindi venditio, nisi minor n. annis 25. debitor, aut pupillus, aut Republicae causa absens, vel in aliqua earum duarum exit.



S

erit, Ex quibus Edicto succurruntur; Cujus declarationis Ratio est; quia tunc loquitur de minore, qui sit ipse debitor, et qui subjecerit debitori, et consequenter de pignore, quod ab ipso minore constitutum sit, aut etiam a Iudice in odium minorum fortasse ex causa iudicati. l. Si ex causa. 9. de minorib. quo casu constat succurrendum esse minori aduersus venditionem pignori quantumlibet esse iute, aut legitime factam, siquidem facile, et indistincte, sed ita demum si grande damnum sit minori; si vero ab eo, cui minor subjecit, pignus datum fuerit, siue Pater is sit, siue extraneus, qui libet n. habet rationem desiderij pignori, si ob aetatem suam velit rescindi venditionem, quam creditor fecerit ab alio sibi obligatum, et consequenter constat ex hiis facilem esse rationem, qua Paulus utebatur ad negandum pupillae in integrum restitutionem. docet Anton. Faber de errorib. decad. 25. error. 6. num. 2.

Verum licet Paulus ea Verissima Ratione convinceret certe Rationem, qua Imperator moveatur ad indulgendam pupillae restitutionem, tamen dicebat alia magis Ratione posse eam restitui, quod si Venditor denuntiando post diem, quo placuerat esse committum, et pretium petendo recedere a lege sua videtur ex Regula tunc in d. l. 6. §. Vlt. l. Qui. 2. hoc tit. Ex qua Ratione ingens sane suboritur difficultas; Nam si Venditor post elapsum legi commissoriae diem denuntiando, et petendo pretium legi Commissoriae renuntiare intelligitur, cum Venditor in hac specie proponatur post annum denuntiationibus tutoribus res factis, fundum alij vendidisse, Videbatur dicendum Iure communi succurrendum esse pupillae, nec indigere restitutione ex Regula tunc. in l. In causa. 16. de minorib. et per consequens tantum abest, ut Ratio, qua utitur Paulus, probet restitutionem indulgendam pupillae, ut potius probet ei restitutionem denegandam, utpote qua Iure communi tuta sit. Haec difficultates varie solvunt Interpretes. Duae tamen ad titulum Cod. Si aduersus venditionem pignori. respondet, quod et si pupilla tuta esset Iure communi ex eo, quod Venditor legi Commissoriae renuntiaret, tamen potest in integrum restitui; quia in integrum restitutio potest cum alij remedijs concurrere ex Regula d. l. 16. inter se intelligenda, ut si cum ipso Iure munita est minor, tunc cenet Restitutio; In specie vero d. l. 38. pupilla non est ipso Iure munita, sed per replicationem; Etenim si pupilla post tempus elapsum pretium offerat Venditori, et pretium petat, excipiet Venditor legem Commissoriae esse ex replicatione, utitur pupilla, quod si summo Iure sit, lege commissoria, tamen Venditor petendo pretium, videtur a lege Commissoria dicentis: q. nihil prohibet, eam in integrum restitui. Verum haec Duarenus solutio falsa est, et falso nititur fundamento; Nam certum Iuris principij est, sufficere, ut ex contractu actio aliqua minori competat ad denegandam restitutionem, nec requiri, ut ipso Iure tutus sit minor, ut exprime dicitur in d. l. 16. de minorib. atqui ipse Duarenus fatetur, pupillae competere actionem ex contractu ad petendum oblato pretio Venditori, qui post elapsum diem legi commissoriae denuntiauit, et pretium petiit. q. fatum tenetur ei denegandam restitutionem esse, et inefficacem Rationem esse, qua Paulus utitur ad indulgendam pupillae restitutionem. Cusac. et Faber in d. l. 38. aserunt, n. aliter Venditorum inter legi commissoriae renuntiare, quam si pretium totum, aut ejus partem per Iudicem petierit, idque significare Verbum Perendi, quo in hac re utuntur Consulti in d. l. 4. §. Eleganter, et in d. l. 6. §. Vlt. cum l. sequenti. hoc tit. at vero in d. l. 38. Venditorum non per Iudicem pretium petiuit, sed extra iudicium tutores interpellasse, et ob id licuit illi post denuntiationem legem commissoriae exercere, et fundum alij vendere; alia sane enim si per Iudicem pretium petiuit, haberet pupilla actionem ex contractu, nec indigeret restitutionis auxilio, et ideo in praesenti Paulus n. aserit, Rationem illam idoneam non esse contradicere bene iudicatum a Praetore, et Praefecto Vrbis, sed ait tantum esse probabiliores ceteris, quibus motus fuit separatus ad indulgendam pupillae restitutionem.

N. 27

Sed tunc merito quaerit a Cusac. et Anton. Fabio, ex quo tunc. Verbo inferant Venditorum n. per Iudicem pretium petiuit, sed extra iudicium tantum tutores interpellasse, cum Consultus solum supponat, simpliciter Venditorum denuntiare, et pretium petiuit. Deinde licet Consultus exprime proponat Venditorum extra iudicium interpellasse, ab eis quaerit, Unde inferant extrajudicialis praerij petitionem n. sufficere, ut Venditor legi

N. 28







proposita, quod et admittit Omuald. d. lib. 16. Comment. cap. 59. lit. E. Verum hæc ratio  
 subtili modo exposita movit Imperatores; eam tamen inefficacem esse eo facile contem-  
 do; non enim probat, odiosam esse legem Communiarum in allata specie; nam et si fateamur,  
 secluso beneficio restitutionis pupillæ amittere partem pretij, quam Pater ejus emp-  
 tori venditori perolverat, tamen etiam dicere debemus, eam in hujus damno compen-  
 satione lucrarum fructus medio tempore perceptos d. l. 4. §. h. tit. quos alioquin reso-  
 luto contractu, si nulla pars pretij esset soluta, restituere teneret venditori. d. l. 4.  
 in princ. et in l. 5. hoc tit. Cum ergo damnum amissionis partem pretij soluti compen-  
 setur cum lucro fructuum medio tempore perceptorum adhuc in proposita specie lex com-  
 muniaria odiosa videri non debuit, et consequenter immerito displicuit Imperatori.  
 Secunda ratio est hæc, quia tutores, qui in solutione pretij cessaverunt, et restitutiones  
 non petierunt, tanquam suspecti à tutela remoti fuerunt. Sed nec hæc sufficit ad  
 indulgendam restitutionem; nec enim factum, cuius dolus tutorum nocere ei debet, qui  
 cum pupillo rem habet, cum sit absurdum deterioris fieri alterius conditionis ob id  
 solum quod tutor suspectus sit, nihil etiam potest imputari ei, qui negotium habet  
 cum tutore pupilli nomine. Argum. tōi. in l. 4. §. Illa enim. 23. de doli mali, et met.  
 except. Itaque hæc ratio solum probat, pupillam posse eo nomine adversum tutores expe-  
 riri. Argum. tōi. in l. 2. C. Si adversus venditor. pignori. n. Verò posse in integram resti-  
 tui, ut considerat Duaren. ad tit. C. Si adversus venditor. pignori. et Anton. Faber  
 in Rationali d. l. 38. Ex quibus inferunt Cusac. Faber, et alij, Paulum ab Imperat.  
 discessisse, et Imperatores contra Pauli asserentem sententiam, et manifestam Iuri ratio-  
 nem, pietate motum, et allatis rationibus quantumvis inefficacibus de facto pronun-  
 tiante pupillam in integram restituendam esse; Bartholus tamen, et post eum alij exi-  
 stimant, Imperatorem n. concessisse pupillæ tanquam minori in integram restitutionem  
 propter rationem expensam à Paulo, sed tanquam majori propter iustam, et probabi-  
 lem ignorantiam, et causam ex generali causa si qua mihi iusta causa videbitur, de  
 qua in l. 1. Ex quib. caus. major. ex regula tōi. in l. Qui in alterius. 42. de Reg. Iuris.  
 Quam sent. optimè convincunt Donell. in d. l. 38. de V. O. et Faber de errorib. decad. 25.  
 Error. 5. num. 15. et errore. 7. per totum, quibus subscribit Omuald. d. lib. 21. cap. 1. lit. E.  
 Nec enim contra lapsum temporis conventionalis debet competere restitutio hæredi  
 ex contractu gesto cum defuncto. Argum. tōi. in l. 49. §. 2. de V. O. eadem ratione, qua  
 nec conceditur minori. Nec obstat tōi. in l. 42. de Reg. Iur. Nam quod ibi dicitur,  
 eos, qui in alterius locum succedunt, iustam habere causam ignorantiam, eo pertinet,  
 ut si hæres per errorem indebitum solverit, repetere possit; quia ejus ignorantia supi-  
 na non est, non vero ut hæres possit propter ignorantiam restituere in negotio cum  
 defuncto contracto =

Verum licet fatear, hanc Cusacij, et Fabri explanationem  
 optimam esse, tamen nē dicamus Anton. Imperat. contra Iuri rationem respondi-  
 se, alio modo tōi. in d. l. 38. explicandum contendebar, in cuius serie proposita  
 est, qui emerat sub lege communiaria, pupillam hæredem scire, et tutores in solutio-  
 ne cessare, et ob id legem communiariam fuisse, venditor pretium petiit, et cum tu-  
 tores non solvissent, forte quia Vellent resolutum esse contractum, ipse venditor ex  
 voluntate fundum alij vendidit, quarebar, an pupilla esset in integram restitua.  
 Imperator ait, eam in integram restituendam, quia dies committendi in ejus tempore  
 incidisset. Hanc rationem Paulus impugnat, et ait alia ratione esse restituendam sibi,  
 quia venditor post diem legi communiariae denunciando, et pretium petendo à lege  
 sua recessisse videtur; Iuxta ratio, si subtiliter accipiarur, probat pupillam indul-  
 gendam restitutionem. Supponit Consultus etiam extrajudicialem pretij petitionem  
 intelligi, tum quia cum emptionis contractus solo consensu perficitur, et cum ven-  
 ditor pretium petiit, contractus confirmet, n. requiritur liti contestatio; tum etiam

N. 30.



quia idem accidit in alternatiua obligationibus. d. l. 112. de Verb. Oblig. d. l. 5. l. 84.  
S. Stichum de leg. 4. Deinde et id probatur ex d. l. 4. S. 1. h. tit. ubi ait Ulpianus statim ac commi-  
ssoria lex est, statueret debere venditorum, an velit commisionary legem exercere, an pretium  
petere, an pōte postea variare. Tunc sic: Cui n. aserit, tenet venditorum dicam legem Com-  
missionary exercere, aut pretium petere, sed solum statueret debere, an velit d. p. non exigit  
liti contestationem, sed solum extrajudiciali voluntati declarationem, supponit etiam  
pupillam n. potuine agere ex contractu contra venditorum; alia enim non egeret resti-  
tutione ex regula d. l. 16. de minorib. quia licet venditor contractum confirmaret, pre-  
tium petendo, tamen tutores sepius conveni illud non solverent, et inter eos, et ven-  
ditorum convenit, ut ei liceret fundum illum vendere, quod necessario ponendum est;  
quapropter hac posteriori conventionione adempta fuit pupilla actio ex contractu, quem  
sibi petierat, in quem quaesierat ex petitione facta a venditore, et eo nomine restitu-  
tione, optime Paulus scribit, quam diceret, Verum quidem esse pupillam n. pōte res-  
tuiti adversum omniam solutionem pretij intra tempus conventum; quia Pater ejus,  
n. ipia contraxit, Restitui tamen pōte ex eo, quod actionem, quam quaesierat ex  
negotio cum ipia, non cum Patre contracto, nimirum ex pretij petitione, culpa, aut  
negligentia tutorum amissit, qua iusta est causa indulgenda restitutioni: Itaq.  
Imperator pronuntiavit sibi legem commissionary in ea specie dupliciter, et pupillam  
in integrum esse restituendam, addita ea ratione, qua tutores, qui in pretij solutione  
cessaverunt, ut suspecti remoti sunt, qua etiam, diximus, per se sola n. sufficeret ad  
concedendam restitutionem. Nec dicat aliquis, divinatoria esse hanc solutionem; nam  
ex ipio tōi inferunt venditorum, postquam praxit, cum tutoribus convenire, ut ei li-  
ceret fundum alij vendere, cum saepe denuntiaret, nec tamen litem unquam fuisse  
contestatam; et quia verosimile est, tutores, qui ut suspecti remoti fuerunt, ne preti-  
um solvere cogerentur, ut sic in pupillari pecunia gravarentur, eam conventionem  
fuisse cum venditore iniuriosam: Paulus ergo n. improbat sententiam Imperatorum,  
quam potius eam vixenissima ratione confirmat, sed rationem, qua movebatur  
Imperator = Dices tamen: Cui ergo in Veri. Putabam ait, bene iudicatum fuisse a  
Praetore, et Praefecto Urbis, qui restitutionem pupilla denegaverunt? Resp. Paulum  
illud exortumane; sed tamen re melius perpena in Veri. Dicebam Imperat. Antea  
Consensit. Et haec, si quid mei iudicij est, est vera tōi. in d. l. 38. moni, et sent-

N. 34.

Vidimus jam, quae requiruntur, ut contractus  
legi Commissionary potestate resolvatur. Itaque ad hujus capiti complementum ani-  
madvertendum superest, in Commissionary lege hoc etiam solere convenire, ut si ven-  
ditor resoluta contractu ob non solum statuta die pretium ab emptore fundum  
petierit quanto minorum vendiderit, id a priore emptione exigat, et eo nomine  
actionem ex vendito venditori competere adversum priorem emptorem, ut Ulpianus  
scribit in d. l. Si fundus. 4. S. In commissionary. hoc tit. l. 6. S. 1. de Contract. empt.  
Nam pacta omnia, quae in traditionibus rerum apponuntur, servanda sunt. l. 48.  
de Pactis. l. 13. Communia praedictor. nec quidpiam iniquitati hoc pactum habet,  
cum hoc damnum emptor ex culpa sua sentiat, adeoque nec sentire videatur, quia  
fidem fefellerit. Ex regula tōi. in l. Quod qui. 203. de Reg. Iur. quinimo potius equi-  
tati conforme est; nam nec aliter indemnus servaretur venditor, quam credibile  
est n. nisi angustia rei familiaris opprimum ad venditionem accensit, et resoluta  
per emptori culpam priore venditione alium emptorem quaerere coactum fuisse,  
eique minorum rem vendere, quo in commodo, et damno exponeretur fuisse, n. prior  
emptor fidem n. fefellerit. Quae tamen potest, an haec conventio tacite adjecta  
intelligatur conventioni contracta sub lege Commissionary? Et quidem dicendum  
videatur, tacite adjectam esse intelligi; nam si Ulpiano credimus in d. l. 4. S. 2. hoc  
tit. solita fuit conventio haec; ea vero, quae moni, et consuetudinū sunt, in iudi-  
ciji bona fidei venire solent. l. Quod si noller. 34. S. 2. de Adilit. Edicto. Sed tamen  
cum



Cum Accusatio tenendum est, hanc conventionem nunquam adjectam intelligi in aperto contractibus, si fuerit expressa; multum namque refert, an solita tantum sit conventio, ut haec, an ardua, ut duplex stipulatio, de qua in d. 5. 2. qua solita tantum est interpretari, non habetur hoc ipso pro interposita, sed tantum qua ardua est; alioquin similiter dicendum esset in contractu venditionis, et in quolibet alio, qui non est bonae fidei, obligationem bonorum habendam esse pro adjecta, quia in contractibus adjecta solet. l. Et qua non dum. 15. 5. Quod dicitur. de Pignori. Cum tamen certum sit, quod ad hoc bona omnia sunt pignori nomine obligata adhuc ex causa contractus bonae fidei expressa denideratur conventio, ut considerat Faber in Rationali tot. in d. l. 45. 2. hoc sit. Et haec de hoc capite =

## Caput secundum.

### De effectibus venditionis sub lege Commisoria contractae Reso- lutionis vi hujus pacti con- tingentis

Num. 1.

Cum certum Iuris principium sit, venditionem sub lege Commisoria contractam puram esse, et sub conditione resolvi, ut constat ex l. hoc sit. inferna praesens, dominium rei sub ea conventionem vendita, et tradita in emptorem transferri, et rei vindicationem competere, licet nondum pretium venditori numeraverit; nec enim necessarium est pretium solvi, sed sufficit de eo fidem haberi emptori. d. l. 19. d. l. 53. de Contrah. empt. d. 5. Vendita. 4. Inrit. de Verum divi. Constat vero, eum, qui rem vendidit sub lege commisoria fidem emptori sequi, cum ei diem statuat, intra quem pretium solvat. argum. tot. in l. Cum soluta. 5. C. de Re judic. Huius tamen doctrinae opponi videtur tot. in l. Sed et in quod. 25. 5. Interdum t. de Usufruct. ubi si servus fructuarius servum emerit, et per traditionem acceperit, nec tamen pretium numeraverit, sed satisfecerit pro eo, forte fideiussore redacto, quaeritur, cui dominium servi empti acquiratur proprietario suo, an fructuario. Et Ulpianus ex sent. Justiniani respondet, in pendentem esse dominium ejus, et numerationem pretii declaratum, cui acquiratur; Nam si ex re fructuarii pretium numeratum fuerit fructuario suo ex re proprietario dominium acquiratur: q. sentit necessario requiri pretii enumerationem; nec sufficit, fideiussori dationem, et multo minus fidem haberi de pretio, ut ex causa venditionis dominium in emptorem transferatur: q. ex causa venditionis contracta sub lege Commisoria dominium non potest in emptorem transferri, cum nulla pretii numeratio intercedat, sed de eo solum fides habeatur. Sed resp. in pendentem esse dominium servi empti a servo fructuario, q. ad nos servi ementis attinet. l. Bobem. 43. 5. Vlt. de Adilit. edict. l. 43. 5. Vlt. de acquir. rer. domin. non tamen in pendentem esse quoad servum venditum, et vendentem, a quo statim dominium abiit; quare secuta numeratione pretii retro creditur, dominium acquiruntur fuisse ex tempore factae traditionis, ex cuius re pretium numeratum fuerit, ut ipse Consultus docet d. l. 25. 5. 4. docent Cusac. in l. 19. de Contrah. empt. Oruald. lib. 4. Comment. cap. 16. lit. D. Verum est, quod supra diximus, non requiri pretii numerationem ad hoc ut dominium ex venditionis causa transferatur, sed sufficit fidem haberi de pretio, et per consequens ex causa venditionis sub lege Commisoria contracta dominium in emptorem transferri =

Num. 2.

Rursus subtiliter expende difficilem ad rem incognitionem tot. in d. l. 38. de Minorib. ubi docere videtur Paulus, ex causa venditionis contractae



Sub lege Communiaria dominium transferri in emptorem; aut enim non absolute pretium sua die a pupilla, quae Patris temporibus haeres extitit, Resolvi emptionem fundi, nec illum ad id exigat Praetoris decretum, cum tamen conset, minores ex Oratore Severi non posse fundi dominium tamen Resolubile amittere sine decreto Praetoris. l. t. l. Magi. §. §. fundum autem. §. de Rebus eorum qui sub Tutel. ubi minor fundum legatur per vindicationem, cuius habet Resolubile dominium, non potest sine Praetori decreto repudiare: §. cum Consulenti circa illud decre- tum emptionem fundi Resolvi supponat, inquit dominium in emptorem fuisse, et a pu- pilla ejus haereditate ipso Jure, absque ulla decreto interpretatione recessisse ob non solutum pretium statuta die, quia decretum non Requiritur, cum dominium recedat a minore ex Patris voluntate, vel facto. d. l. §. §. Sed non Patet. 6. et §. eadem Variatione. de Rebus eorum. et probantur in d. l. §. §. 6. in fine eod. tit. ubi creditor agrum minorum, quem ab ejus Patre pignori acceperat, potest circa illum decretum dirimere, et in l. t. C. quando decreto opus non est, ubi mi- nor, qui successerit in ejus cura, qui fundum emerat sub pacto de retrovendendo potest com- pelli ad retrovendendum fundum sine decreto emptoris, qui pretium obtulit. docet Faber in Papin. tit. 13. de Tutel. pro. §. illat. 60. argui in d. l. 38. Patet ea conventionione fundum emerat, ut si intra certum diem pecuniam non solviverit, esset res inempta: §. nil mirum do- minium ex Patris voluntate a minore ejus haereditate pretio intra praefixum diem non soluto recedere. Vel etiam, et melius respondendum est, quod et si minor ipse fundum emerit sub lege Communiaria, si pretium non solverit intra statutum diem, Resolvitur contractus ipso Jure, et ab eo dominium recedat sine Praetori decreto, licet possit tunc si laesum se offendat in integrum Restitui adversus omniam solutionem, et id sentit Paulus in d. l. 38. ubi ea ratione putabat, pupillam non esse in integrum restituendam, quia Patres ejus, non ipsa contraxerat: §. si ipsa contraxisset, et pretium non solviverit, ponet in integrum Restitui: §. quia necessarium non fuit decretum, ut ab ea dominium recederet. Consequenter patet; nam ubi decretum Requiritur, actus sine eo potius nullus est ipso Jure, adeo ut minor Resti- tutione non egeat. l. Si praedium. C. de Praedij, et alij. Rebus minor. ex reg. tit. in d. l. 16. de minoribus. Idem sentit videtur Hermogen. in d. l. 35. de minoribus. ubi indistincte scribit, dominium rei emptae sub pacto additionis in diem ipso Jure recedere a mi- nore allata ab alio meliori conditione, licet minor laesus possit eo nomine in integrum Restitui. Et ratio hujus rei est; Nam ea est Vis, et potestas pacti Resolutivi, ut contractus ipso Jure resolvat, ita ut non credatur, dominium nunquam in emptorem fuisse transla- tum, sed semper penes Venditorem mansisse: itaque existente Resolutiva conditione nu- lla alienatio intervenit ex parte emptoris, et per consequens non Requiritur decretum; Nam alias Resolutum non fieret ipso Jure, imo possit pupillus cum auctoritate tutorum abs- que decreto retrovendere, expresse auerunt Interpretes in d. l. t. et Paulus in l. fin. de Rebus eorum. Variatione voluntatis Patris, quae cum non intervenit ad repudiationem legati, in qua adest positivum factum minorum, merito excluditur in d. l. §. §. 8. Aliud sane dicendum est, si minor fundum emerit sub pacto de Retrovendendo; tunc enim oblato pretio fundum cogatur retrovendere. Necessarium est decretum, ut probat ab argum. tit. in d. l. t. C. quando decreto opus non est; quia retrovenditio nec est priori Resolutio, nec rei imo, sed potius secunda Venditio, quod obtinet, cum ad Resolutionem dominium minorum ejus factum positivum desiderat, tunc enim licet ipso Jure contingat reso- lutio, decreto opus est, ut in d. l. §. §. 8. de Rebus eorum. at vero Resolutio, quae contingit le- gi Communiaria potestati ita fit ipso Jure, ut nullum positivum factum emptoris minorum desideretur, supra quod cadere decretum possit, sed solam cessationem in pretij solutione. Unde ex d. l. 38. hoc modo intellecta non probatur, dominium rei venditae sub lege commu- niaria in emptorem non transferri, sed potius transferri, et Resolvi existente Resolutionis conditione.

N. 3.

Præcipuus itaque effectus Venditionis sub lege Communiaria contracte est trans- latio dominij in emptorem, si Dominus fuit Venditor, aut quasi Dominus, et Vincipiendi conditionem, si Dominus non fuit: Ex quo ceteri effectus resultant; potest namque emp- tor ante Resolutum contractum rem vindicare, alienare, pignori dare, et servitutem imponere, et acquirere; inde fructus rei emptae sibi acquirat, qui omnes dominij effectus, quemad-



quemadmodum et dominium confirmatur omnino secuta contractus confirmatione, nimirum pretio intra statutum die soluto; e contra vero pretium intra conventum diem non soluto ipso Iure contractus resolvitur. Resolutionis autem primarius effectus est, ut deleat omnino contractus imaginem, et conceptum, et eum nunquam precise supponat. Ex hoc reliqui Resolutionis effectus dimanant, dominium etiamque ipso Iure ab emptore recedit, pignus ab emptore medio tempore constitutum resolvitur. Vide quae dixi in Comment. ad tit. de In diem addict. cap. 3. num. 15. Usque ad num. 22. servitus medio tempore imposita resolvitur, licet non resolvatur servitus acquirita. Repere quae dixi d. cap. 3. ex num. 22. et generaliter omnia, quae toto illo cap. de effectibus contingentis resolutionis potestate pacti additionis in diem disputavimus, locum habent in Resolutione potestate legi Commisoriae contingentis; Itaque ea solum disputabo, quae Resolutionis, quae fit vi pacti commissoriae sunt propriae, et quae omnino ad quae 3. quae communia sunt utrique resolutioni; Et quidem si u, qui rem emit sub lege Commisoriae nullam pretij partem venditori numeraverit resoluto contractus omnes fructus medio tempore perceptos restituere venditori tenetur. l. 1. in prin. l. 5. hoc tit. Et haec idem obtinet in Resolutione, quae fit ex lege Commisoriae, quae viget in ea ex pacto additionis in diem; Si vero aliqua pretij pars fuerit numerata, multum intererit, an contractus resolvatur, an vi legi Commisoriae; Si enim resolvatur vi pacti additionis emptor pretium, quod numeravit, venditori repetit. l. 1. de In diem addict. Dixi cap. 3. num. fin. Si vero resolvatur vi pacti commissoriae, emptor pretium, quod numeravit, perdidit. d. l. 1. §. 1. h. tit. Ratio dixerimur pender ex eo; Nam resolutio contingens ex pacto additionis in diem non potest imputari emptori, cum non ex ejus culpa, sed ex adiectione ab alio facta oriatur; at resolutio, quae fit ex lege Commisoriae, tota pender ex perfidia emptoris, qui hoc ipso quod pretium in integrum intra praefixum diem non solvit, fidem fefellit, ut ait Consultus in d. l. 5. hoc tit. Itaque in lege Commisoriae actum intelligitur inter emptorem, et venditorem, ut partem pretij numeratam emptor perderet in penam fidei non servatae, ut scilicet eo mori tanto magis invitaretur ad solvendum pretium, et a fallenda fide, quod semper grave est iudicatum deterrere, similiterque imputare debet emptor, qui fidem fallere maluit, quam implere =

Num. 1.

Nec solum emptor resoluto contractu potestate legi Commisoriae partem pretij, quam numeravit, perdet, sed et id, quod arrha nomine dedit venditori, ut Responder Scavola in l. De lege. 6. hoc tit. Nam qui ea lege emit datus arrhae fidem suam obtinuit, et ejus fracta multum sibi induit in harrarum dispendio, ut considerat Anton. Faber add. l. 6. quomodo intelligendus est tot. in d. l. Sedet. l. 25. in prin. de petit. haredit. ubi si bona fidei possessor hareditatem hareditariam sub lege Commisoriae distinxerit, quatenus, an conventus petitione hareditariam teneatur prestare, et restituere lucrum, quod sentit ex lege Commisoriae? Et resp. Vlgian. Restituere illud tenetur, quia verum est, locupletiorum factum esse: g. sentit Resoluto contractu ex lege Commisoriae apud venditorem remanere id, quod arrha pretijve nomine datum fuerit; nullum enim aliud lucrum potest venditor ex lege Commisoriae nancisci, ut docet Faber in Rationali d. l. 25. Nec obstat, quod semel perfecto emptoris contractu etiam datus arrha non liceat alteri ex contrahentibus restituere sine alterius voluntate, licet aliud sit, si non dum perfectus fuerit contractus, sed solum pactum de vendendo interceverit, ut notant Reperentes in prin. Insti. de Empt. et Vendit.; Nam hoc fallit in emptione contracta sub lege Commisoriae ex contrahentium voluntate. Verum Faber sibi contrarium deced. 25. error. 5. et deced. 16. error. 5. expulsum. Emptores resoluto contractu nec partem pretij, quam numeravit, nec arrhae perdere. expremi sunt tot. in d. l. 1. §. 1. d. l. 6. hoc tit. et d. l. 25. de Petit. haredit. Nam in venditione contracta sub lege Commisoriae pactum addit solebat, ut resoluto contractu emptor partem pretij enumeratam, et arrhae amitteret. l. 1. C. de Pactu inter Emptor. et Vendit. ergo, inquit, emptorem contractam sub lege Commisoriae non esse partem pretij, vel arrhae dispendium, requiritur ad id expressa conventio desideratur. Sed frivola certe illatio ex tanto Interprete indigna; norum enim est, solere contrahentes pacta interponere super his rebus, quae sine ulla conventionem contractibus insunt, ut in dupla stipulatione dici solet. l. 3. §. 1. de Adilit. edict. et de eo, qui cum indebitum solverit, pactus est, ut sibi redderetur, si appareret indebitum. l. 2. de Condict. indeb. et de eo quoque pacto, quod solet pignorum adiectioni addi, ut quominus



ignus dirahatur, reliquum creditorum debitor reddat. l. Quamvis. 2. §. de Diract.  
ignos. et de eo, qui cum vendit sub pacto committio, pactus est, ut resoluta contractu  
Emptor fructus medio tempore perceptos restituere in d. l. 6. §. Si fundus. 4. de Contrah.  
empt. Sic pariter et pactum additum venditioni contracte sub lege Committio. ut resoluta  
contractu emptor, quod pretij, vel arith nomine dedisset, amitteret supervacuum est, cum  
huic venditioni tacite innit in casum resolutionis partu pretij soluta, et aritharum dispen-  
dium. d. l. 4. §. d. l. 6. hoc nro.

N<sup>o</sup> 5

In cuius dispendij compensatione humanitate fructus medio  
tempore perceptos potest emptor retinere, nec eos cogitur venditori restituere, ut ex sent.  
Nerazij Respondet Vlpianus in d. l. 4. §. h. nro. Ratio humanitatis nra summa & quita-  
te, quam exigit emptio, et venditio, ut potest contractus bona fidei, qua n. paritur, ut fructus  
omnes rei vendita venditor lucratur, et partem pretij, que jam soluta est, retineat, quem-  
admodum ex contrario ratio bona fidei efficit, ut emptor, qui se empti fructus, pretij  
non dum soluti iuris vicium praestet. l. Julianus. 13. §. Et venient. 20. de action. Empti. l.  
Evincit. 18. §. de Vusu. Nec obstat, quod damnum annuorum partu pretij, aut aritha-  
rum ex sua culpa emptor sentit, qui intra convenum tempus n. solvendo totum pretij  
fidem fefellit, et per consequens nec damnum sentiri intelligitur. d. l. 103. de Reg. Iur.  
Nam fieri potest, ut culpa careat emptor, qui totum pretium non persolvit, cum totius  
pecunia numeratio non semper sit in exponito. Deinde etiam emptor ex culpa pretium  
n. solverit, tamen ex dolo facit venditor, si cum emptori iactura, et damno locupletari  
velit contra l. Nam hoc contra nostram legem. 14. de Condict. indeb. l. Iure natur. 206.  
de Reg. Iur. quare emptor, qui partem pretij amittit, potest doli mali excepte vendi-  
torem fructus petentem submovere. docet Anton. Faber in Rationali add. l. 4. §. hoc  
nro. qui tamen ab hac sent. recessit. decad. 25. error. 5. num. 13. ubi tenet, emptorem  
indistincte fructus restituere teneri, nisi speciali intercesserit conventio super partu  
pretij, aut aritharum amissione, quod facile refellitur ex superiori num. adducti.  
Dicit tamen aliquis, hoc Iure positivo maximam posse intercedere iniquitatem; Nam  
si partu pretij soluta aritha eo nomine data excedat supra modum fructuum medio  
tempore perceptorum existimationem; absurdum erit certe partem pretij, aut aritha-  
rum penes venditorem remanere cum iniqui emptori dispendio, quod n. potest dici  
compensari cum estimatione longe minori fructuum, quos ipse potest retinere. Rursus  
si e converso ponamus fructuum medio tempore perceptorum estimationem longe excedere  
partem pretij numeratam, aut aritham, iniquum certe erit, et contra bonam fidem  
Emptori, qui fidem adhibitam fefellit, fructus lucrari cum emptori, qui contrac-  
tum implevit, praesudicio, et detrimento, quod etiam non potest compensari cum lon-  
ge minori parte pretij, que penes eum remanet. p. praedicta Nerazij sent. potius est  
iniqua, quam humana, et per consequens ita fuerit Ius constitutendum, ut resoluta contrac-  
tu partem pretij, aut aritham emptor repereret, et fructus omnes medio tempore perceptos  
Venditori restituere, ut summa & quita, quam bona fidei ratio exigit, inter contrahentes  
iure ita constituto servaretur. Cuius difficultati Respond. ipsam rationem bona fidei & qua-  
litate inter contrahentes suadere; Nam & quum est emptor, qui fidem adhibitam  
fefellit, partem pretij, aut aritham perdere, et venditori, qui contractum implevit, ac-  
quiri, et ea ratione indistincte emptorem partem pretij, aut aritham amittere, sive fruc-  
tus perceperit, sive non; Nec enim hoc dispendium propter fructus perceptos sentit,  
sed in poenam violatae fidei; quemadmodum etiam qui pactum de emendo fecerat, si  
postmodum emere nolit, aritham, quam dedit, amittit in poenam facta fidei. d. p. 10.  
Instit. de Emption. et Vendit. qui tamen nulli fructus percipere potuit, ut notum est.  
Itaque fructuum retentio solum ex humanitate comperit emptori, qui ex ea lu-  
crum sentit, licet fructuum estimatio longe minori sit, cum et nulli fructibus per-  
cepti partu pretij, aut aritha erit parvum dispendium; si vero estimatio fructuum  
longe excedat partem pretij, aut aritham, fateor equidem iniquum esse, et bonam fi-  
dem verius, ut emptor, qui fidem fefellit, fructus lucratur cum tam gravi dispen-  
dio venditori, qui contractum implevit. Dicerem igitur in specie ita proposita







Num. 7.

docet Causo ubi supra num. 63 =

Veniunt alii exponendus effectus Resolutionis communis  
pactis omnibus resolutioni, et Rescissionibus Venditionum ex alij causi contingentibus,  
qui stat in l. Voluntate. 10. in p. et S. 1. Quib. mod. pign. Vel hypoth. solv. docet in p. 10.  
Paulus, quod si ex Voluntate creditoris debitor pignus vendiderit, et postea inter eum, et  
emptorem placuerit, ut a Venditione discederent, Ius pignoris, quod exunctum fuerat per  
Venditionem, factam a Venditore ex creditoris Voluntate. l. 1. cum alij. Quib. mod. hypotheca  
solv. saluum erit creditoris, perinde ac si extinctum non fuisset; quia resolutio, quae fluit  
ex contrario contrahentium consensu efficit, ut nulla Venditio praesens videatur; quemad-  
modum et si creditor promissit debitori aliud pignus testamentis legare, et mortuo  
debitor legatum repudiaverit legatarius, pignus integrum, et saluum manet. l. Si cur. 8.  
S. Venditionis. 11. quib. mod. pign. Vel hypoth. solv. quia repudiatio efficit, ut res legatary  
relictum non fuisse videatur. l. 1. §. 6. Si quid in fraud. Patron. quod et alia ratione nititur,  
qua Paulus utitur in legato, si non omnimodo creditor pignus remittit, sed ita demum  
si emptor rem retineat, nec reddat Venditori; itaque si iudicio accepto Venditor absol-  
tuus sit, aut quia non tradebat, in id quod intererat condemnatus sit, saluum etiam est Ius  
pignoris creditoris. Addit aliam rationem Consultus, quia inquit, haec accidere potui-  
sent, et si non Voluntate creditoris vendidisset, scilicet Venditio resolvi potuisset mu-  
tuo consensu, Vel ratione aliqua Iuris, etiam si sine Voluntate creditoris facta fuisset.  
Cum ergo Voluntas creditoris non fuerit, ut haec acciderent, nil obesse debet, quo-  
minus Ius pignoris saluum habeat. Idemque dicendum est, et si per actionem redhibito-  
riam Rescissa Venditio fuerit, etiam et tunc pignus creditoris restituatur, et multo  
magis pignus saluum erit, perinde ac si nunquam fuisset extinctum contractu resolutio  
ex vi legis Commisoria, aut pacti additionis in diem. Aliud vero procedit, cum  
debitor ex nova causa, puta emptoris, dominium rei, quam vendidit, nanciscitur;  
tunc enim pignus non convalescit. l. 1. §. 1. C. de Remis. pignori licet tunc si pecunia so-  
luta non sit, possit creditor hypothecaria experiri, et exceptionem obiectam a debitor  
elidere per doli mali replicationem. d. l. 8. §. Super vacuum. 7. quib. mod. pign. Vel hypoth.  
solv. docet Cusac. lib. 3. quaest. Pauli in d. l. 10. Progredimur Consultus, et in S. 1. de leg. 10.  
jungit eandem rationem servari in credito ex pacto pignus Vendente; Nam resolutio  
contractu Vel mutuo consensu, Vel pacto commisorio, aut additionis in diem, aut  
Rescissio per redhibitoriam actionem pignus restituatur; nec tamen ejus dominium reverti-  
tur ad creditorem, qui vendidit, cum ab eo per Venditionem non recesserit. l. Non est novus.  
46. de acquir. rer. domin. sed ad debitorem, ex cuius Voluntate creditor illud aliena-  
sse intelligitur, et generaliter obtinet in omnibus, quibus concessum est rem vendere, ita  
Cusac. ubi supra =

Num. 8.

Deinde etiam alij duo Resolutionis effectus communis Vtique pac-  
to commisorio, et additionis in diem, quorum prior est, et si qua laudamia ex  
causa Venditionis soluta fuerint, emptori restituenda debeat post resolutionem ipso Iure  
Venditionis, ut docet Anton. Faber in Varion. ad d. l. 2. hoc tit. Quod ut intelligatur, scien-  
dum est, quod cum Emphyteuticarius post duos menses elapsos a die denunciationis factae  
Emphyteuta rem vendidit, emptor tenetur laudamium, id est quinquaginta pretij  
partem Emphyteuta, qui cum amitteret, cogitur pro subscriptione praestare. l. 1. §. 1. C. de  
Iure Emphyt. Ponimus enim Emphyteuticarius fundum vendidisse sub pacto commisorio,  
aut additionis in diem, et emphyteuta emptorem laudamium praestare, moxque vigore  
pacti contractus fuisse resolutum, profecto laudamium Emphyteuta emptori cogitur res-  
tituere; Nam resolutio in eum statim rem deducit, in quo esset, si nulla Venditio facta  
fuisset; quo casu nullum laudamium deberetur; nec enim laudamium datur solum pro  
subscriptione, et admissione in possessionem, ut Anton. Faber contendit de erroribus  
Pragmat. decad. 95. error. 2. cum omnibus seqq. sed praecipue propter alienationis causam,  
qua



quæ nunquam creditur intercessione resoluta contractu. Sed tunc sic subtiliter arguet. Effectus huius restitutionis laudamij proprius est resolutionis productæ ex vi pacti additionis in diem, non vero resolutionis, quæ fit legi Communiaria potestate: q. falsò dicitur hunc effectum Resolutionis vniuersi pacto communem. An sic probabitur: Resolutio contractu potestate pacti Communiarij emptor perdit partem pretij, siquid soluit, ut ex l. 2. S. l. hoc tit. dicitur supra num. 3. et 4; sed laudamij pari est pretij, scilicet quinquagesima: q. emptor resolutio contractu potestate legi Communiariæ laudamij amittit, ut potè partem pretij, quam soluit, et per consequens effectus restitutionis laudamij n. conuenit legi Communiariæ. Resp. tamen emptorem resolutio contractu ex lege Communiariæ n. amittere laudamij, licet sit pari pretij, quia damnum amissionis parui pretij infligitur emptori in pœnam violatæ fidei, quam adhibuit venditori; emptor vero nullam fidem adhibuit Emphyteuta, cum quo n. contractit, cum ei laudamij amittat resolutio contractu; Alter effectus ille est, quem proponit Scævola d. l. 6. S. l. Idem respondet. l. h. tit. scilicet quod resolutio contractu n. solum rei, quæ principaliter fuit vendita, fit inempta, Verum quod accessarius venditio- nis dictum fuit, fit inemptum; quia cum principalis causa n. conuenit in ea, quæ accessionis locum habent, conuenit. l. Cum principalis. 118. de Reg. Jur. quomodo enim dici potest, aliquid accedere venditioni, quæ nulla est, nec unquam fuisse intelligitur, non enim nullas esse qualitates. l. penult. Veri. quod si nulla de reb. cred. docet Anton. Faber in Rationali add. l. 6. S. l. hoc nro tit. =

N. 9.

Denique ultimus effectus Resolutionis ex utroque pacto contingens est, quod resolutio contractu dominiuz rei vendita ipso Iure recurrat ad Venditorem sine ulla emptoris retrotraditione, ut late fundari in Comment. ad tit. de In diem addict. cap. 3. ex num. 41. effectum Verum hunc n. esse proprium Resolutionis ex eo probari videtur; nam et si contractus n. resoluitur, sed rescindatur, dominiuz tamen rei vendita ipso Iure sine emptoris retrotraditione ad Venditorem recurrat. Assumptum probat elegans tot. in l. fundus. 9. de Rescind. Vendit. ubi fundus Lucij Titij ob Vectigal Reipublicæ fuit venditus, mox cum Lucij Titij debitor profectus esset, separatim esse Vectigal exsoluere solum quia minoris venditus fuerat fundus, quaz debita summa esset, Præses Provincia recesserit venditionez; Cumque restitui iurit Lucio Titio, forsan quia præcordi, aut grati fundus viliori pretio distractus erat. ex regula tot. in l. 1. et 2. C. de fidei, et Iur. hart. fiscal. lib. 10. quærebat, an post sent. Præsidis fundus emptus esset in bonis Lucij Titij, antequam ei ab emptore restitueret. Respondet Scævola, n. prius fundum in eis bonis esse, quam in emptori pretio esset illatus, Vel si pretium nondum esset ab emptore solutum, in Vectigal satisfactum esset. Tunc sic, Et ubi rescindit contractu ex Præsidis sent. et pretio restituto nulla retrotraditione intercedente dominiuz rei vendita ipso Iure recurrat ad Lucij Titij Venditorem, qui venditio intelligitur funduz, quem postulante fisco, Vel Republica Magistratus vendi iurit. l. Si ob causam. 4. C. de Eviction. l. 2. in fine. C. Si propter publicas penurias. ergo quod dominiuz ipso Iure recurrat ad Venditorem, non est proprium resolutionis, sed commune resolutioni, et rescissioni. Cui difficultati duplici modo resp. Primò dico, Constat in d. l. 9. n. auerere, dominiuz fundi venditi ad debitorem post Præsidis sent. sine retrotraditione concurrere, sed restituto pretio fundum esse in bonis Lucij Titij; multum vero intereat, an aliquis dominiuz habeat, an rem in bonis; etiam is habere dicitur, qui licet Dnus n. sit, tamen aut exceptionem ad eam restituendam, aut actionem ad eam recipiendam habet. l. Rem. 52. de acquir. Ver. domin. argui Lucij Titij post illatum pretium emptori actionem habet ad eum recuperandum: q. recte responderet Cui ex eo tempore fundum in bonis ejus esse; Non enim dici potest ante illatum pretium; tunc enim emptori competet exceptio ad fundum retinendum, si ad ejus restitutionem conueniatur. l. Emptor. 65. de Rei Vindic. Faber in Rationali ad l. 9. de Rei Vindic. Secundo responderi poterit, Scævola de bonitario dominio disputare, q. solum translatum est in emptorem penes debitorem manente quiritario dominio, as exere q.



N. 10.

bonitatum dominium reverti ad Titium post illatum pretium emptori; supponere tamen ejus retriaditionem intervenire, id est quod semper verum erit rescissio contractu dominium n. Recurrere ad venditorem ipso Jure, reddere tamen Resoluto contractu

Diximus in Comment. ad titulum de

In diem addict. cap. 3. num. 44. cum seqq. tum demum Resoluto contractu dominium rei vendita ipso Jure ad venditorem reddere, cum pactum resolutivum fuit per Verba directa conceptum; si vero per obliqua fuerit addictum, emptori retriaditionem necessariam esse, ut dominium redeat ad venditorem. Quam differentiam impugnat difficillimus in l. Si cum venderet. 13. de Pignor. act. ubi inter creditorem pignus vendentem, et emptorem convenit, ut si debitor pecuniam solverit pretij, emptori, liceret ei recipere rem suam, et ut ait Ulpianus, Julianum scripsisse, et esse Rescriptum ob hanc conventionem pignoratitij, actionibus teneri creditorem, ut debitori mandet ex vendita actionem adversus emptorem, aut etiam abique hujusmodi cessione ipsum debitorem posse rem vindicare, aut in factum actione adversus emptorem agere. Tunc sic: En ubi pactum conceptum fuit per Verba obliqua, si reciperet, sed potius nec fuit resolutivum, nec Rescriptum, sed de reovendendo; et tamen soluta pecunia dominium ipso Jure recurrat ad debitorem, cum ei ad rem recipiendam competat rei vindicatio, quae est proprius effectus dominij. l. 23. de Rei vindic. ergo et si pactum resolutivum per Verba obliqua fuerit conceptum, dominium rei vendita ipso Jure reddit ad venditorem sine retriaditione emptori. Pro hujus rei. exponit. ~~proferant~~ <sup>diversas</sup> Interpretum sententias. Donell. lib. 6. Comment. cap. 18. docet, quod cum creditor superiorem partem addicit effectum dominium, aut venditio ab eo aliter recedat, quam pretium n. solvat, itaque debitori n. acquiritur vindicatio, sed n. amittitur, quod nulla Juri regula prohibet. Sed ex eo n. tollitur difficultas; Nam in hac sententia fatendum est, dominium rei vendita a creditore sub pacto reovendendo debitori ad debitorem ipso Jure recurrere, et ei vindicationem competere. Sabel in Rationali ad l. 13. et de errorib. decade. 32. errore. 9. et 10. Vlt. Verus dicit. d. l. 13. Triboniam esse contendit. Quibus sententij Rescriptis D. Joseph. de Vela. 2. tomo. dissert. 32. a num. 10. et altera mens lib. 3. Variar. cap. 50. D. Olea de Cession. Jur. tit. 4. quæst. 9. ex num. 7. Vique ad num. 23. ubi ut explicet d. l. 13. et conciliet cum l. 7. de Credit. 7. in prin. de Distinct. pignor. ubi in eadem specie nulla debitori actio competere dicitur sine cessione, aserit, quod contractus cum Extraneo supra rem alterius paciscitur, aut stipulatur, inspicendum est, qua forma contrahat obligationem; nam si in sui favorem, hoc est si sibi paciscitur, aut stipulatur, nulla actio convenit, super cuius pactu stipulatur est; sed cessione actionis naturalis est; si autem in alterius favorem pactum, aut stipulationem concipiat, actio utilis ei quæritur sine cessione. Ex quo infert ideo in d. l. 13. utilem actionem competere debitori, quia in ejus personam, et favorem creditor redimendi, aut reovendendo pactum desiderat; in d. Verò l. 7. ideo cessione opus esse, quia creditor in sui favorem pactus fuit. Quod etiam videtur sentire Cusac. lib. 11. Digest. Julian. in d. l. 7. de Distinct. pignor. Hanc distinctionem probat Olea ex l. penult. C. Ad exhibend. ubi ex conventionem illius, qui rem alienam apud aliquem deposuit ex pacto, ut Dno restitueretur, utilis Depositi actio Dno competit, quia in ejus favorem deponens fuit pactus, alias si sibi reddi pactus esset, nulla actio Dno sine cessione competeret. l. 14. §. Si te rogavero. 11. l. Si u. 16. Depositi. Verum replicabis. Cur dicitur pignus vendere intelligitur tanquam Procurator ex re Domini sive sibi, sive Dno paciscens, Utilem ei actionem quærit. l. Quod Procurator. 68. de Procurator. Sabel lib. 5. Consectur. cap. 4. ergo indistincte ex pacto creditori pignus dicitur utilis actio sine cessione quæritur debitori. Resp. Olea, quod creditor improprie Procurator debitori appellatur, quod si videatur creditori mandato vendidisse, Verè tamen ejus Procurator non est, quia vendendo pignus, n. debitori, sed proprium negotium gerit. l. Creditor. 42. de Pign. act.







si concipitur lege Communionis, ut si ad diem pretium non solveretur, res sit inempta: si in pignore non ita concipitur, ut si ad diem pecunia non solvatur, res obligata sit emptori; alioquin non solum diuimilem, sed et contrarias verborum conceptiones in venditionibus, et pignoribus haberet. docet Faber de cad. et error. 2. num. 2.

Num. 2.

Sed antequam ad alias sententias deveniamus, penitus explicandus est totus in d. l. 16. §. ult. de Pignori. docet in eo Marrianus pactum hoc pignori, seu hypothecae adjectum, ut si intra certum tempus non sit soluta pecunia, Iure emptor possideat rem iusto pretio, tunc exiit mandam esse utilem; itaque non obicere in iure, jam olim ita fuisse, ut non valeret pactio ea, qua pignus in eam pecuniam sua die non soluta creditori pro ipsius debiti quantitate emptorem intelligeret, alioquin quid attinebat de ea conventionione tractare, qua et iusti pretij mentionem adderet, et illam iusti pretij definitionem in id tempus conferret, quo solvi pecunia debuisset. Cuius Iuris Ratio est, quia fieri non potest, ut in eum casum, idemque tempus, et pignus contractum, et venditio pignori facta videatur, cum sint contractus isti incompatibiles, ut probant, si inter se conferantur totus in d. l. 36. §. 4. de Pignori. act. et in l. 11. §. 4. de action. empt. atque si conventio praedicta subisteret, simul, eodemque tempore ejusdem rei pignus, et venditio daretur: quod merito jam olim fuit improbatum. Nec hanc diluet rationem, qui dixerit in diversum casum, et tempus pignus, et emptorem conferri; nam pignus durat usque dum dies solvenda pecunia advenerit, et ex tunc venditio incipit, cum sit conditionalis, et ut talis ante conditionis eventum non perficitur. l. 7. de Contrah. empt. Nam contractus adhuc conditionalis ex praesenti tempore vixit accipiet. l. Si filius, fam. 18. de Verb. Oblig. l. 1. §. ult. de Stipular. servor. ut exiit ante conditionem perinde habetur ac si sine ea gestus fuisset. l. 8. Veri. quod si pendente. de Periculo. et commodo. l. Potior. 11. §. 1. qui potiores. §. semper apparet, praedictam conventionem eo tendere, ut uno, eodemque tempore ejusdem rei pignus, et venditio contrahatur, quod maximum esset absurdum in specie totus in d. l. 16. §. ult. ideo utilis est illa conventio; nam cum pretij conventio in tempore non soluta pecuniam sua die collata est, nulla proxius emptio facta intelligi potest; nec quidem sub conditione, siquidem venditio tota ex pretij conventionione existimatur, quod et denotat articulus ille tunc pacto adjectum, qui cum temporis extremitatem significet. l. 4. de Cond. et Dem. evinci non ante emptorem contrahi; Quapropter Marrianus non absolute scripsit, venditionem illam esse conditionalem. docet Faber de cad. et error. 2. et 4.

Num. 3.

Huius doctrinae opponi solet totus in l. 34. de Pignori. act. ubi pactio illa adjecta pignori contractui, ut fundum obligatum certo pretio, emptorem creditor haberet, utilis est, et efficax. Pro cuius solutione sciendum est, nonnulli Interpretes asseruisse, praedictam conventionem ideo valuisse in d. l. 34. quia adjecta fuit ex intervallo; in dicta vero l. 16. §. ult. inutilem fuisse, quia fuit in continenti adjecta, ita docent Barthol. et Bald. Neguant. et alij, quos refert, et sequitur Mantica de Tacita conventionione lib. 11. tit. 10. n. 2. Sed falluntur; nam eam conventionem inutilem esse, sive in continenti, sive ex intervallo pignori adhibetur, ut innuit Iuris Ratio superiori num. fundata. Quare dicendum est, Marcellum in d. l. 34. loqui de venditione pure facta, cum jam in solvendo moram creditor contraxerat, ut patet ex ipso totus, quae species longe differt ab ea, de qua disputamus; nemo enim negavit, nunquam valere conventionem, si pro debito pure vendatur res, quae antea obligata tantum erat. l. Rescriptum. 12. de Distract. pignori. Nos vero illud negamus valere, si conventionem quantumvis ex intervallo factam, qua id agitur, ut in eum casum pecunia sua die soluta non erit, pignus certo pretio iam tunc convento emptorem sit creditori. Eadem doctrina intelligendus est totus in l. Conlipo. 45. de Solutionib. ubi maritus promittit uxori disempro matrim. praedia, quae dote erant obligata, in solutum dare, et tenet stipulatio, a qua tamen se potest maritus liberare, si offerat doti quantitatem; quia huiusmodi promissio de in solutum dando in se habet tacitam conditionem necessariam, et inseparabilem, si debitum manebit, quae conditio deficit oblata quandoque ea pecunia



pecunia quantitate, qua debetur. docent, et tradunt Valduin. de Pignori. cap. 11. Pinellus  
in Rubrica. C. de Reind. Vendit. 2. parte. cap. 1. n. 19. Faber decad. 1. error. 2. n. 4. et 5.

Num. 4.

Opponitur etiam tōi. in l. 1. in p. de  
Contracta. empr. ubi cum Titius mutuo acciperet centum aureos sub Muri, dedit pignori, seu  
hypotheca praedia, et fideiussorem Lucium, cui promisit intra triennium proximum se eum  
liberaturum, quod si id non fecerit die supra scripta, et solverit debitum fideiussori creditori,  
fuit praedia empr. esse, quae creditoribus obligaverat, cum Lucius Lucium fideiussorem  
liberaret, et fideiussor creditori solveret, quaequebatur, an empr. haberet supra scripta praedia?  
Et respondet Saxvola, utiliter contractam esse obligationem, et sub conditione empr. onem  
factam esse. q. falio diximus, conventionem illam, ut n. soluta pecunia sua die pignus cre-  
ditori sit empr. inuilem esse. Pro cuius tōi. expositione sciendum est, aliquos Interpretes  
asserunt, praedictam conventionem ideo valuisse, quia in favorem terti, vel fideiussoris  
facta fuit. Verum ex ipsis tōi. Verbis hic error refellitur, et Vera solutio desumitur; ait  
enim Cui. Si non ut in causam obligationis, sed ut empr. haberet, sub condit. empr. fac-  
ta est. Quibus Verbis fatetur n. inter fideiussorem, et debitorem id actum proponeretur, ut  
ob insolutam debitore pecuniam fideiussor pignora haberet in causam obligationis, id est  
pignori nullius momenti futuram esse conventionem, nec ex ea ullam contractam oriū obli-  
gationem; quia eo casu interveniret pactio illa implicans contradictionem, quae et pignori,  
et empr. simul obligationes induceret, et ideo utilem esse eam conventionem. Resp. quia  
praedia obligata fuerunt creditori, n. fideiussori; Venditio vero conditionalis contracta  
fuit cum fideiussore, n. cum creditore, quemadmodum et utilis est conventio, si conveni-  
ret inter debitorem, et creditorem, ut si pecunia debita creditori sua die n. solveretur,  
habeat creditor empr. Iure fundum, dummodo fundus n. fuerit creditori obli-  
gatus. Sic hunc tōm explicat Faber decad. 1. error. 5. nec ex eo supra dicta pactio debet  
inutari, quod fideiussor pignora emere a creditore prohibeatur. l. Si mandatu. 5. §. 1.  
Mandatu. l. 1. C. de Dolo. cum in presenti n. a creditore, sed a debitore emeret, quod n. est  
contra bonam fidem, quia Volenti debitore nulla intelligitur injuria fieri. docet Fa-  
ber in Variationi in d. l. 1. de Contracta. empr. =

Num. 5.

Ut ergo jam ad nostrum tractatum  
redeamus, Salmantius de modo Mutuum cap. 14. legem commissoriam in pignori bus aliter  
accipit, et contendit, legem Commissoriam pignorum fuisse cautionem, vel pacti diem,  
qua debitor creditori cavebat, ut si pecuniam statuta die n. solveret, pignus com-  
mitteretur, id est possessione, et dominio hypotheca daret, non ut pleno Iure pignus  
acquireretur creditori, et Ius domini in eo haberet, sed ut pleno Iure sine ulla diminu-  
tione illud praescriberet, et distrahere poteret. Docet itaque per legem Commissoriam pignorum  
dominium ex titulo Venditionis, aut donationis in solutum in creditorem n. transferri, q.  
tantum Ius vendendi, et distrahendi, illud que probat ex l. 1. C. de Pactu pignorum. Qua  
doctrina supporta, emittitur Constantinus in d. l. 1. C. cod. tit. non agere de lege Commi-  
ssoria in pignori bus adjecta, sed in Venditione, et id probat ex eo, quod in dicta Constitutione,  
quae stat in Code Theod. deest Vox Pignorum, imo in eo Codice illa Copillata post titu-  
lum de Contractenda empr. Verum haec Salmantij sent. convincitur 1. quia abique lege  
Commissoria, prout eam concepit Salmantius possessio pignori transferri in possessorem post Con-  
stitutionem, et traditionem; igitur non erat necessaria ea conventio, ut non soluta pecunia  
statuto tempore eam debitor amitteret. Secundo; nam cessante debitore in solutione Iure  
communi, post trinam enuntiationem licet creditori pignus vendere. l. Si convenit. 1. de  
Pignorat. act. cum Vulg. igitur ad quod erat necessaria tam accurata conventio, ut post  
moram debitore liceret creditori vendere pignus. Nec etiam Verum est, Constantinum n.  
agere de lege Commissoria cum pignori bus, cum potius certissimum sit, eum tantum legem  
Commissoriam in pignori bus improbare, non etiam in Venditionibus, ut ex infra dicendis  
apparebit =

Num. 6.

Tandem plures alij docti Viri, quibus subscribo libenter, legem Commissoriam  
in pignori bus referunt ad fiduciam, n. ad pignus, et Imperatoris Constantini in d. l. fin.



Tandem ad fiduciaryum conventionem referunt, et similem fiduciaryam legem, ita docue-  
runt Faber decad. 21. error. 1. Schifordeger. lib. 3. tract. 13. quem Cujac. addit de Pactis pig-  
norum. Leathard. de Vvini. quaest. 69. Gothofred. in d. l. unica. eod. tit. de Resc. Commisio.  
Castro ad princip. Instit. de Empt. et Vendit. Num. 3. D. Retes lib. 1. Opuscul. cap. 12. D.  
Gonzalez ad tom. in cap. Significante. de Quorum sententia ut facilius  
percipiatur, sciendum est, olim pignus dupliciter contrahi, vel simpliciter, vel sub fiducia.  
Simpliciter pignus contrahitur, cum pro securitate pecunie debita res aliqua pig-  
nori tradebatur, cuius possessio ad creditorem transibat dominio penes debitorem rema-  
nente. Sub fiducia pignus contrahitur, cum quis pro certa pecunia rem suam mancipat  
creditori, vel in Iure cedebat ea lege, ut soluta intra certum tempus pecunia res manci-  
paretur ei, cuius fiducia est mentio apud Paulum lib. 2. Sentent. tit. 13. et alij in  
locis, et in l. 2. §. fin. de Suppell. legata. l. 3. C. Theodos. de Infirmis, qua sub tirano: fiducia  
ergo nihil aliud erat, quam pignus, aut hypotheca adjecta mancipationi, aut in Iure  
cemone; Differt tamen a pignore; quia pignori dominium non transferretur in creditorem;  
fiduciarum vero dominium transferretur, notavit Divus Iudocus lib. 5. Aethimolog. cap. 21.  
Dicebatur autem contractus hic fiduciarius, quia sub ea fiducia res mancipabatur, ut  
soluta pretio statuto die, iterum res debitori manciparetur, quemadmodum et ille, cui  
Pater filium fiducia contracta mancipabat, fiduciarius dicebatur. l. 2. §. Obicitur. ad Ter-  
tullian. et ille, cuius fidei committitur, ut restituat hereditatem, dicitur hanc fiducia-  
rius. l. §. de iur. 46. ad Trebell. Huius supponitur, docent laudati Auctores, et DD. legem Commi-  
ssoriam in pignoribus sic concipi, nimirum cum fiducia ea lege contrahitur, ut stat-  
uto die debitore solvente pecuniam teneatur creditor iterum remanipare; eo autem  
in solutione cessante amplius non detur, sed res perfecte, et irrevocabiliter penes credito-  
rem remaneat, hancque conventionem contendunt olim Valerius, a Constantino vero  
fuisse reprobata =

Num. 7

Nunc videamus, quare lex haec Commisoria olim utiliter pignori-  
bus fuisse adjecta, et quare ratio Constantini impulit ad eam sua nova Constitutione  
improbendam. Et quidem lex haec Commisoria ideo fuit recepta, quia in ea solum  
agebatur de dominio, quod in creditorem translatum debitori per mancipationem  
fuerat in creditorem restituendo in casum soluta pecunia pignore committendo  
in casum contrarium pecunia non soluta sua die, ita haec pignori Iuri principij erat  
conformis; quia mancipatio legitimus est modus transferendi dominium; in probati-  
onibus huius legi, et nova Constantini constitutionis eam rationem reddidit Gothom.  
de Verbi Iuris. Veri. 6. lex Commisoria, ne scilicet acquiritio dominij rei pignorate,  
qua Principi auctoritate fieri debet ex l. 1. Cod. de Iure domin. imperi. privatorum  
pactionibus promittatur. Sed minime labitur; nam cum proprium sit mancipationis,  
et Cemone in Iure dominium transferre, tunc non ex privatorum voluntate tantum  
sed ex solemnitate dominium quaeritur, ac per consequens superflua est dominij  
imperatio ab Imperatore ex vulgari principio tot. in l. unica. C. de Theaur. lib. 10.  
Quare dicendum est, rationem potissimum praesentis prohibitionis legi Commisoriae  
in pignoribus esse, ut creditorum avaritia cohibeatur, et cautionibus succurratur; haec  
enim conventio iuxta formam supra relatam foeneratoribus maximam, docti, et  
fraudis materia privabat; debitores enim pecuniae necessitate coacti nec hanc, nec  
aliam quamlibet partem recusare solent, dum separant se pignus intra tempus presi-  
nitum luere posse. Unde parum sua interesse putant pluri, aut minori pignus esse, ut  
considerant Donell. in d. l. vlt. num. 1. et de Pignorib. cap. 11. et Cujac. ad tit. Cod. de  
Pactis pignori. In qua tamen re, ut ipse hominum fallax est, qui de rebus suis, pluiquam  
in eo est, confidunt, ut aiebat Consultus in l. 10. si fraudem. ff. Qui, et a quib. debi-  
tores sapissime falli necesse fuit, et pignora quantumvis pretiosa pleno Iure credito-  
ribus committi. Unde obiter notandus venit Faber decad. 21. error. 1. et 16. docet, legem  
Commi-



Commissionam n. fuisse odiosam debitori, sed potius favorabilem, cum soluta pecunia statuto die res ipsa erat mancipata a creditore; nam hoc procedit sua die solvente debitor, sed si cenaverit, tunc pro modica pecunia creditor rem pretionam pignori datam auferitur, et ideo licet pacta contrahentium servanda sint, id tamen procedit, cum sint Iuri coniona, non vero contraria l. 7. S. Ait Praetor de Pacti, ut est praesens conventio, quae ideo probatur, quia non libere, sed adjectus rei familiaris inopia pactus censeatur debitor, et eadem inopia facit plerumque, ut pecuniam statuto die solvere n. possit commiserata praeterea improbabili captatione, et praesumpta creditoris fraude. Ex quibus apparet quam recte Constantinus legem Commissionis in pignoribus tantum, non etiam in venditionibus abrogavit, quidquid dicant Morhoman. de Verb. Iuri. Verb. l. Commission Anton. Constantini lib. 2. Successionum. cap. 20. Giphani. ad titulum C. de Pacti; nam duae sunt praecipue differentiae rationales inter utramque legem Commissionis, scilicet quia lex Commissionis in pignoribus dominium a debitorum in viro auferit, et in creditorem transfert; lex vero Commissionis in venditione dominium venditori conservat. 2a est, quia cum ob n. solutum pretium venditio resolvatur, nulla fraus irrogatur emptori, aut venditori, quod secus est in pignore, cum plerumque in propria pecunia creditor addicatur; rei enim inopia pecuniae praemittitur, facile quamlibet legem sibi dici paratur, et cui libet pactum consentit ob spem futurae luctationis. Nec differentiam hanc evenit totum in l. 38. Veri. quia tamen de minoribus. Cui respondendum est ex hiis, quae diximus in Comment. ad titulum de lege Commissionis. cap. 1. n. 38. =

N. 8.

Expendi potest ad verum dicta totum in l. Vlt. C. de Distract. pignori ubi cum quaereretur, an si creditor plus ex venditione pignoris rediderit, quam ei deberetur, et ex eo fundus emi, possit debitor in rem agere? Respondent Imperatores, in personam tantum, id est pignoratitiam actionem, et de superfluo competere, nisi aliud specialiter conventum sit: igitur speciali pacto caveri potest, ut n. soluta a debitor pecunia ultra sortem principalem, quod superest, lucro creditoris laedat; atque conventio haec aequalem captionem, et asperitatem habet ac lex Commissionis, cum vi, et potentia utriusque pacti eo recitat, ut creditor pro debito a die n. soluto consequatur dominium pignoris. 2a cum haec conventio in pignoribus n. improbetur, nec lex Commissionis in eis debuit improbari constitutione Constantini. Cui difficultati resp. Cusac. ad titulum C. de Distract. pignori et ad titulum C. de Pact. pignori eam conventionem valere, quia incertus est conventionis eventus, sicuti e contrario valet pactum, ut si creditor minimum rediderit ex venditione pignori, eo sit conventus, invicem creditor. l. A Divo Pio. 15. S. Si pignora. 3. de Re iudic. Sed tamen post constitutionem Constantini nec eam conventionem valere existimo, quia aequalem formam captionem, et asperitatem habet ac lex Commissionis. Nec tunc obstat totum in d. l. Vlt. Cod. de Distract. pignori. Nam omnia alia interpretatione, quam tradit D. Gonzal. in d. cap. 5. de Pignori. num. Vlt. resp. temporibus Imperatorum Diocleciani, et Maximiani, qui multis temporibus ante Constantinum rem Romanam gesserunt, eam conventionem valuisse; ex constitutione vero Constantini fuisse improbatam in consequenti; improbatam legem Commissionis in pignoribus. Ratio autem, ob quam olim superior conventio valet, est quia non continet pignori, et venditionis contractum, ad differentiam ejus conventionis, de qua in d. l. 16. S. Vlt. de Pignori. quaeque simul pignori, et venditionis continet contractum, Iure etiam Digestorum non fuit recepta, quam et improbat Innocent. 3. in cap. Significante. 5. de Pignori. qui eam legem Commissionis appellat, imo quia securus fuerat communem Interpretum sententiam a nobis superius rejectam, ut existimat Anton. Faber d. decade. 21. exor. 8. n. 5. et 6. Sed ut verius tenet, quia similem quodam modo duritiam, et asperitatem continet ac lex Commissionis =


N. 9.

Ad verum doctrinam traditam in tractatu de Indiem addit. cap. 3. num. 35. pro explicat. totum in l. 4. S. 4. hoc tit. Adhuc



post allatam meliorem conditionem debuit esse directum, non utile: ergo falsa est decisio  
 Conultra. An sic probat: Quaeunque actiones rei propriae Dño competere ceperunt, durant  
 etiam si rei alienata, vel exiuncta fuerit. d. l. Quaeunque actiones. 56. de Oblig. et action.  
 l. 3. §. 1. ad legem Fab. de Plagiar. et in juri Interdicti Quod vi, aut clam, probat tot. in l. 10.  
 §. Si postquam. 8. Quod vi, aut clam: §. etiam si meliori allata conditione dominium ab  
 Emptore recedat, tamen penes eum debet directum Interdictum rendere = Augera diffi-  
 cultas ex l. Fidei Scriptura. 15. Veri. Quid si vulneratus ad leg. Aquil. actio legis Aquil-  
 liae remanet in hereditate, et haeres eam cedere tenetur legatario = Rursum, resoluta con-  
 tractu sine conditione Interdictum directum competere Venditori probatur ex tot. in l. Ob-  
 id. 43. ad leg. Aquil. l. Denique. 13. §. Quaeunque. 5. Quod vi, aut clam, ob id damnum commu-  
 ne, aut opusculo, vi, aut clam factum eo tempore quo damno rei erat apud hostes, ei  
 reverso competit actio legis Aquiliae, aut Interdictum Quod vi, aut clam. Tunc sic: Que-  
 madmodum postliminij fictio efficit, ut reversus retrocedat Dominus rei sua semper  
 fuisse, sic potestas resolutionis efficit, ut Venditor semper Dñm videatur rei in diem  
 adjectae: §. quemadmodum ratificationis postliminij competit Interdictum reversio ob  
 opus medio tempore factum, sic pariter et debet competere Venditori. Prima difficultas  
 resp. ex dicti Verbi ubi supra n. 35. Nec obstat tot. in d. l. 15. ad legem Aquil. Nam resp.  
 Dñm rei legatae per vindicationem legatario acquiri potestate legis, non Veri ex tempore  
 mortis testatoris, sed ex tempore additionis hereditatis, ut probat tot. in l. Si tibi. 86.  
 §. Cum servus. 2. de leg. 1. l. Quod servus. 38. l. Legatum. 80. de leg. 2. et docent Cusac. lib. 1.  
 Definit. Papin. in d. l. 10. de leg. 2. et passim. D. Fran. Suarez de Mendoza ad leg. Aquil.  
 lib. 4. cap. 50. sect. 1. ex num. 31. Quapropter si servus vulneratus fuit ante additionem herede-

- ~ ditatem directa actio ex lege Aquilia praecise acquiritur hereditati, et ~
- ~ per eam haeredi postea advenit, nec extinguitur mutato dominio ~
- ~ ex regula tot. in d. l. 56. de O. et A. Nec etiam obstat altera ~
- ~ difficultas adducta ex l. 43. ad leg. Aquil. Cui resp. ~
- ~ quod propter postliminij fictionem capto dominio ~
- ~ dominus rerum ei in suspenso reuertitur ~
- ~ et simul etiam in suspenso ei actiones ~
- ~ quae medio tempore causam habent ~
- ~ reuertentur. l. Successori. 12. l. 19. ~
- ~ §. Vlt. cum l. seq. de negot. ger. ~
- ~ quia postliminij fictio ge- ~
- ~ neralis est, tam ad actum ~
- ~ donum, quam ad rerum ~
- ~ dominia pertinet ~

Finis hujus tractatus 

























UVA. BHSC. Ms. 112

UVA. BHSC. Ms. 112

UVA. BHSC. Ms. 112



**MS**  
Biblioteca de Santa Cruz

**14**



